This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

+ *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.

+ *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.

+ *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.

+ *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via `http://books.google.com`

Digitized by Google

H. eccl. 35 f (16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain

et J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)

TOME XVI — 1879

TABLE ALPHABÉTIQUE DES 16 VOLUMES DE LA PREMIÈRE SÉRIE



LOUVAIN

CH. PEETERS, RUE DE NAMUR, 22

288 D

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE DE LA BELGIQUE

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain

et J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)

—

TOME XVI — 1879



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Digitized by Google

Documents concernant les monastères de Waulsort et d'Hastière.

Les documents que nous publions ci-dessous se rapportent à l'histoire de l'abbaye de Waulsort et du prieuré d'Hastière. Nous les avons fidèlement extraits des archives de ces deux établissements monastiques[1]. En les mettant au jour, notre intention est de tirer de l'oubli un grand nombre de chartes intéressantes, la plupart très anciennes, et de compléter la collection des documents concernant ces mêmes monastères que Miraeus, d'Achéry[2], Martène et Durand[3], Galliot[4] et d'autres historiens nous ont déjà antérieurement fait connaître. Puisse la réunion de ces divers matériaux,

[1]) Ces archives sont conservées au dépôt de l'Etat, à Namur. Elles se composent du chartrier, d'un cartulaire en trois forts volumes in-folio, de 67 registres, 4 cartons et 8 liasses. Nous avons dressé nos copies d'après les originaux, sauf lorsque les pièces n'existaient que dans le cartulaire; dans ce dernier cas, il en est fait mention au bas de l'acte. Un cartulaire du XIVe siècle, conservé aux Archives générales du Royaume, à Bruxelles, nous a fourni le document n° IV.

[2]) D'Achéry, *Spicilegium. Incerti chronicon coenobii Walcidorensis*, II, 709.

[3]) Dans les deux premiers volumes de l'*Amplissima collectio*.

[4]) Nous saisissons ici l'occasion de rectifier une erreur commise par cet historien et reproduite par M. A. Wauters, dans la *Table chronologique des chartes*, etc..., relativement à la date de la lettre adressée par le pape Benoît à Forannan, abbé de Waulsort, par laquelle il confirme la fondation de ce monastère. Galliot (*Histoire de Namur*, V, p. 286), assigne à ce document la date de 940. Or, en cette année, Étienne, et non Benoît, occupait la chaire de saint Pierre; en outre, l'indiction désignée dans la lettre ne se rapporte nullement à l'année 940. On doit nécessairement admettre, pour la date du document en question, l'année 977, à laquelle correspondent l'indiction 5 et le pontificat de Benoît VII.

Digitized by Google

tous puisés aux meilleures sources, inspirer un homme de goût et le décider à écrire l'histoire de ces deux maisons religieuses, qui jouirent, de leur temps, d'une si grande célébrité !

J. B.

I.

Théoduin ou Dethwin, évêque de Liége, donne, sous certaines conditions, la dîme de Piétrebais aux religieux de Waulsort.

28 octobre 1050.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Dethwinus, gratia Christi presul Leodicensis ecclesiae, omnibus in Christo pie viventibus. Notam volumus facere cunctis tam presentibus quam futuris quandam commutationem nostre authoritatis, ut inposterum fixa permaneat atque inviolabilis. Domnus abbas Lambertus Walcioderensis ecclesie nostram studuit benignitatem exorare, annuente domno Alberone, Metensi presule, sub cujus Walcioderensis abbatia redigitur ditione, ut decimam, que in villa Petrebas dicta, in pago Hasbanico sita, mihi ecclesiastico contingebat iure de silva ad agriculturam extirpata, ei deberem commutare, et ipse mutua vicissitudine reddere pro eadem decima tres mansos Walcioderensis abbatie in villa Haimentinis[1] nuncupata, in pago prefato sita. Cujus precibus nostrorum consultu fidelium assensum prebui, quum in hujusmodi negotio nullum ex utraque parte dispendium inesse comperi. In generali ergo sinodo, suo adstante advocato, prefatam commutationem, decimam scilicet superius denominatam pro tribus mansis, legali traditione confirmatam stabilivi, ea videlicet ratione, ut super eandem terram edificaretur ecclesia, ad quam eadem respiceret decima et quicquid

[1]) *Villa Haimetinis*, Hemptinne.

Digitized by Google

deinceps ex ipsa extirparetur ad excolendum silva; ad ipsam ecclesiam omnis in reliquum pertineret decima. Que nimirum ecclesia cum omni sua, ut diximus, decima et cunctis ulterius appenditiis Walcioderensi monasterio, ex cuius allodio facta est commutatio, ut sancta decrevit sinodus, tradatur iure perpetuo et, sicut domnus abbas Lambertus destinavit, ad perpetua fratrum deputetur victualia. Quod etiam concambium litteris iussimus annotari et eiusdem monasterii custodie mancipari. Sub divina igitur interminatione interdicimus, ne quis hanc commutationem legali auctoritate confirmatam ullo modo audeat violare, nec monasterio Walcioderensi, cui iure hereditario tradita est, presumat auferre, sed integra illibataque conservetur omni in perpetuo tempore.

Actum Leodii in synodo generali, v kalendas novembris, anno Incarnationis Domini ml°, indictione iii^a, anno xii° regni imperii domni Henrici augusti, Cuonradi cesaris filii.

Testes rei huius subnotantur hic suis nominibus : Signum domni Dethwini, episcopi; S. domni Lanberti, abbatis; S. Frederici, ducis; S. Henrici, palatini comitis; S. Alberti, comitis; S. Theodrici, advocati; S. Bernardi; S. Wilelmi; S. Reinardi; S. Adelardi; S. Sigismundi; S. Liescelini. Notator ΓΩΖΗ † ΛΙΝΟC[1].

Original sur parchemin, avec fragment de sceau, sur lequel on lit ... IETV., aux Archives de l'État à Namur.

II.

Engon et Eulalie, son épouse, donnent au monastère de Waulsort leurs biens situés à Honnay.

1050.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Cum de iniquo mammona nobis amicos et domum in eternum parare posse a pre-

[1]) Le notaire Gozelin, qui a copié cette charte, a signé son nom en lettres grecques, au milieu desquelles il a placé une croix.

Digitized by Google

ceptore justitie doceamur, multomagis qui iusta bene dispensat, iustitie sibi tabernaculum in seculum edificat. Huius tabernaculi habitatores fieri nos desiderantes, ego Engo et sortita michi in coniugium Eulalia tabernaculum matris Dei in Walciodoro nobis proposuimus refugium parare, non tamen de mammona iniquitatis, sed de vivo cespite nostri patrimonii. Tradidimus itaque ei in memorato loco dimidium mansum et quartam partem mansi in vico Hunivol[1], sito in pago Falmanensi, in comitatu Hoiensi, pro remedio animarum nostrarum, pro spe et incolumitate liberorum nostrorum Tradidimus et quosdam ex familia nostra : Waltelmum, Gilbertum, Rogerum, Theobaldum, qui singuli singulos denarios, kalendis octobris, ad altare persolvant; ceterum ab alia servitute liberi permaneant. Censum vero mansi ad tres solidos computavimus, advocationem nobis omnium retinuimus. Et, ne aliquis scrupulus fraudi patens filiis nostris remaneret, posteris hanc cartulam legendam transcripsimus, modernis vero testibus idoneis satisfecimus : Waltelmo, Francone de Hunai, Helfrido, Alberto, Engobrando de Mainis, Wedrico de Vuansine.

Actum Walciodori, anno Incarnationis Domini ml° indictione iii^a, anno xii° imperii domni Henrici augusti, duce Frederico, comite Gothelone, Theoderico advocato, abbate Lamberto.

Original sans sceau, aux Archives de l'État à Namur.

III.

Donation au profit de l'abbé et du monastère d'Hastière, de l'alleu de Ciplet en Hesbaye, faite par Widric, fils du seigneur de Clermont.

1062.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Veritatis testimonio multiplicem habemus sententiam fidelibus Dei devotionem

[1]) Honnay.

Digitized by Google

veram et elemosinam singularem prestare medecinam. Qua sententia dolori meo inveniens consilium, ego WIDRICUS, post mortem patris mei nobilissimi viri Widrici, in castello Clari Montis[1] morantis, sic ad remedium anime mee operatus sum testimonio, multorum antecessorum meorum erga Deum bonam imitatus voluntatem, in sepulcro eorum, quod Hasterie sibi paraverant, statui et ego ornare sepulturam meam ; nam ipsum locum pre omnibus diligebam. Quod, ut libentius mihi fieret et anima mea aliquod remedium vel in die extremi examinis sibi facilius inveniret, allodium, quod vocatur Cipeletum, unum terre mansum in pago Hasbanie situm, quod mihi jure competebat cum omnibus appenditiis suis, ecclesie Hasteriensi jure perpetuo habendum tradidi, conditione tali, si abbas, aut episcopus, aut quelibet persona ipsius loci, hoc allodium aliquo malo consilio voluerit tollere, nostris heredibus sit libera potestas illud recipere et quasi proprium sibi retinere.

Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis millesimo sexagesimo secundo, indictione secunda, presente abbate Lamberto et Heribrando advocato, regnante imperatore Henrico et comite Alberto.

Hujus rei testes fuere : Heribrandus advocatus, Franco, Wezelinus, Gerardus, Wenerandus, Milo, Johannes, Adelardus.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, livre V, fol. 22 r° et v°, aux Archives de l'État, à Namur.

IV.

L'abbaye de Waulsort échange sa propriété in villa Cunthemi, *près de Metz, contre une autre située à Braives (Liége).*

1070.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego ADALBERO, Dei gratia sancte Mettensis ecclesie episcopus. Antiquorum

[1]) *Clermont*, château situé entre Liége et Huy, sur la rive droite de la Meuse, autrefois chef-lieu d'un comté dont l'église de Liége fit l'acquisition en 1096.

Digitized by Google

patrum statuisse dinoscitur auctoritas, ut quoties a fidelibus terrenarum rerum seu possessionum aliqua commutationis fieri decernitur utilitas sive secundum Deum sive secundum seculum, litterarum corroboret firmitas, quatinus rationabiliter collata seu commutata nulla postmodum possint rerum varietate mutari. Quamobrem placuit nobis commutationem quarumdam rerum, inter fratres Walciodorensis cenobii et Wigericum quemdam liberum cum consensu conjugis sue Helvidis habitam, huic cartule inserere memorieque hominum tam presentium quamque futurorum litteris commendare. Dederunt itaque predictus Wigericus et conjunx ejus Helvidis nobis et ecclesie nostre ad usus fratrum predicti cenobii predium quoddam in pago Hasbaniensi in comitatu Hoiensi in villa Brovia cum omnibus appendiciis, videlicet mancipiis, domibus, terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, vel quidquid ad illud pertinere dinoscitur, totum et ad integrum fratribus ejusdem loci habendum vel possidendum. Econtra vero reddiderunt eis predicti fratres cum consensu nostro per manum advocati Odelrici aliud predium in pago Rociensi in comitatu Judicii[1] in villa Cunthemi, cum omnibus appendiciis suis, scilicet domibus, terris cultis et incultis, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus, solummodo mancipia excipientes. Que, quoniam semel consecrata ecclesiastica lex prohibet iterum posse prestine servituti addici postea, eisdem fratribus petentibus tantum, in beneficio dedimus eis. Infra civitatem Mettim etiam juxta portam Sabensem domum unam dederunt eis vinea una et quinque libris denariorum comparatam, ea condicione habita, ut quidquid alter alteri contulit, jure hereditario succedat et de commutatis unaqueque pars quidquid facere legitime decreverit, exceptis mancipiis a nobis in beneficio datis, in omnibus libero potiatur arbitrio. Et ut hec commutatio firma et inconvulsa futuris temporibus habeatur, hanc cartalum, utrisque petentibus, testimonio fidelium nostrorum in-

[1]) Le *pagus Rociensis* et le *comitatus Judicii* étaient situées en France, aux environs de Metz.

Digitized by Google

signiri jussimus, et sigilli nostri impressione subtus confirmari fecimus.

Actum Mettis publice, anno Incarnationis Domini m. lxx, indictione viii.

Comes Folmarus, Hermannus, Cono, Wafridus, Walterus, Folco, Hugo, Lendulphus, Gerutildis.

Cartulaire de Waulsort, fol. 33 v°, aux Archives générales du Royaume, à Bruxelles.

V.

Gothold, gendre d'Engon, et Imma, son épouse, ratifient la donation des biens situés à Honnay, faite par Engon aux religieux de Waulsort[1].

1 janvier 1071 (nouveau style).

In nomine Dei summi. Ego Gotholdus, ex ingenuis ingenuus, summi viri domini mei Engonis filie primogenite coniugio sum copulatus. Que affinitas tantum amicitie ad invicem peperit, ut poene idem velle et idem nolle nobis esset; unde et loco sepulchri ejus loco Walciodorensi et ipse adherere coepi. Hinc ejus imitatione ductus, hinc filie ejus Imme, uxoris mee, persuasus assidua postulatione, que cum obisset et ei difficultas partus et itineris patrium sepulchrum interclusisset, ego fidelis advocatus adveni, votumque, quod vivens animo conceperat, ac si presens quiesceret, sancte Marie in supra dicto loco, tam pro me quam pro ipsa, reddidi, id est dimidium mansum de patrimonio suo in vico Hunai, in pago Falmanensi, in comitatu Hoiensi; de familia etiam Humbertum, Eiburgem cum filio Alberto, singulos pro singulis denariis, in kalendis octobris. Censum mansi, id est triginta denarios, determinavi solvendum vii kalendas januarii, dandos fratribus in anniversario eius iii kalendas ejusdem mensis.

Testes : Baldricus de Vileir, Fulradus de Sart; item Ful-

[1]) Voyez ci-dessus, p. 6, le document n° II.

Digitized by Google

radus de Lenaife, Johannes de Baronvile, Godefridus de Wodein.

Actum Walciodori kalendis januarii anno ab Incarnatione Domini mlxx, sub domno abbate Lamberto, Teodrico adolescente advocato, anno regni Henrici junioris xv, duce Godefrido iuniore, comite Cuonone, per indictionem viii.

Original sans sceau, aux Archives de l'État à Namur.

VI.

Un certain Frédéric donne à l'abbaye de Waulsort, en mémoire de sa femme défunte, tous les biens qu'il possède à Viesme.

18 janvier 1079 (nouveau style).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Si secundum apostoli dictum per virum fidelem mulier infidelis salvabitur, multo magis fidelis per fidelem in Domino honorabitur. Ego Fredericus, hujus sententie auditor fidelis, uxori mee Fredesindi defuncte debitum fidei reddere non distuli, animam ejus cupiens salvari a morte. Ne enim in conspectu Dei vacua appareret, obtuli pro ea sancte Marie in Walciodoro quicquid nostre sortis erat in Vesma, in pago Falmanensi, sita in comitatu Hoisensi, quicquid ad ipsam partem nostram respiciens erat in agris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, et quicquid humanis usibus in his commodum aptatum est vel aptari potest; nec ipsam advocationem excipiens, omnia sancte Marie legitime tradidi, solummodo de familia quosdam excepi, decem tantummodo mancipia nominatim delegavi.

Actum Walciodori publice anno Incarnationis Domini m° lxx° viii°, indictione i^a^, anno Henrici regis xx° iii°, abbate Godiscalco, Theoderico adolescente advocato, xv kalendas februarii.

Testes : Crispinus, Lambertus, Herimannus, fratres; Theo-

Digitized by Google

dericus, nepos; Gothuinus Covin[1]; Rodulfus Mathannia[2]; Oduinus; Theodoricus Roslier[3].

Original sur parchemin, sans sceau, aux Archives de l'État, à Namur.

VII.

Le prieuré d'Hastière est remis en possession de cinq alleus qui lui avaient été enlevés injustement.

1085.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Presentes sancte ecclesie filii accipiant, quod venture generationi legaliter confirmatum relinquant. Sunt allodia quinque Mois, Cipleit, Fluns, Gerneis, Hellencut, que cum reditibus suis ab antiquo tempore subiacent Harsterie ecclesie sancte Dei Genitricis Marie. Hec fideles quique, quorum apud nos corpora requiescunt, nostre tradidere ecclesie, sed malorum instinctu et domni abbatis Godescalchi consensu a nobis ablata sunt diutius. Nam domni Alberonis, venerandi presulis, tempore inter nos et Waltioderenses quedam commutatio facta est iniuste, quam omnes filii iustitie patula intelligent cordis aure. In Hasbanio quedam villa, Petrebaz dicta, nostro iuri cum sua ecclesia subiacebat; illorum vero erat decima. Hanc enim Leodicensis episcopus pro tribus mansis terre illi ecclesie tradiderat, quia eius erat. Post haec inimica nobis firmati calliditate multis ceperunt suadere, ut nostre ecclesie, cuius allodium erat, traderetur decima ville, ipsis vero ex nostris, que sibi eligerent, traderentur mutua vicissitudine. Sic oculos divitum muneribus excecantes, que volebant, ad effectum perduxere, et decimam, quam diximus, nostre ecclesie tradidere, hoc dicentes imperatum ab ipso domno Alberone. Hoc

[1]) De Couvin.

[1]) De Matagne.

[3]) De Roly? Les mots *fratres*, *Covin*, *Mathannia* et *Roslier*, sont écrits dans l'original au-dessus des noms des personnages auxquels ils se rapportent.

Digitized by Google

fratres Hasteriensis coenobii ut persensere, maiores cum minoribus domni abbatis Godescalchi provoluti pedibus, ut hec fieri non permitteret, precabantur enixe ; sed ipse preces fratrum coram se lacrimantium renuit, et pro eis super hoc nil se facturum respondit; quod enim fiebat, placitum erat illi. Deinde v allodia nostra, que diximus, cum omnibus appenditiis suis iniuste sibi rapuere, ante Namucensem comitem, qui hanc commutationem faciebat ex parte fratrum, monachis, clericis, laicis contradicentibus, insuper Frethuwardo, decano, ex parte Leodicensis episcopi contradicente,et eius filio Athone adstante et contradicente, cuius pater pro remedio anime sue allodia nostre tradiderat ecclesie. Nec mirum, nam erat census allodiorum quadraginta quatuor solidorum, decime vero p.....[1] testimonio omnium xx solidorum. His gestis, ut que inique egerant, iniquius firmarentur, clanculum sibi cartas fecere, et eas iussu domni abbatis Godescalchi Mettis ferentes, ut eis super his amnulretur a domno episcopo Alberone, petiere. Qui, iniqua eorum prenoscens consilia, mirabatur, cur tantus census pro tali daretur decima, et eis nil se facturum respondit, nisi veracius ea, quae dicebantur, cognosceret a fidelibus suis. Hoc ut vere cognovit, quadraginta solidos nummorum consilio eorum pro decima dari constituit, et ne allodia ab ecclesia tollerentur, super omnia prohibuit. Sic iniqua cogitatione, quam habebant, fraudati, quosdam clericorum, qui episcopo subiacebant, pecunia vicerunt, et quas secum portaverant carthas, ab eis clam scribi fecerunt, sigilloque episcopi, ipso tamen nesciente, munierunt. Post hec episcopo, ex his, que inique egerant, nil fatentes, quasi furtim a Mettis rediere, redeuntesque hec ab eo acta omnibus predixere, talique mendatio allodiis nostris potiti ea xii^{cim} annis iniuste tenuere. Si quis autem his rebus contradicere voluerit, presentes sancte ecclesie filii sue Dei iudicio sive campestri pugna presto sunt obsistere illi. His omnibus, que presens

[1]) Le parchemin est troué à cet endroit; on y lit encore *p*..... Ne faudrait-il pas lire *Petrebaz ?*

Digitized by Google

pagina pretitulavit, peractis, pro hac iniuria assidue ad se clamantibus multasque penurias patientibus tandem Deus compassus miseris illo suo, quo adsolet, spiritu cor Namucensis tetigit comitis; recognovit enim se multum peccasse super his. Nam causa huius iniurie erga iustitiam animum reflexit et, deleta commutatione, quam fecerat, ut unusquisque locus sua reciperet, precepit, et domno Hermanno, Mettensi episcopo, ut his annueret, litteris suis mandavit. Sed tale quid a fratribus Walcioderensis coenobii iudicabatur non posse fieri. Qua de re fratres Hasterienses solliciti, ut pote pro se, que erga se iniuste acta fuerant, Mettensi episcopo Leodicensique intimavere, ipsique, ut hec destruerentur, veracibus nuntiis donno abbati G. litteras misere, quia alias occupati ad presens nequibant venire. Ad ultimum vero ipse comes cum multis nobilibus Hasteriam venit, et ut his, que a se acta et ab illis precepta erant, assensum preberet abbati Gandix[1]; qui, diu eius et aliorum bonis resistens consiliis, tamen quamvis invitus his, quae dicebantur, annuit; sicque, vellet nollet, ecclesia Hasteriensis, quae sua erant, iusto Dei iudicio recepit. Post hec episcoporum ad ipsum locum pertinentium imperio, fratrumque et aliorum consilio, hanc carthulam fecimus veraci testimonio. Cuius si quis fieri voluerit perversor, illorum omniumque iustorum acclamatione, Jude traditoris fungatur anathemate.

Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis m octogesimo v°, indictione viii, regnante imperatore Heinrico.

Signum Hermanni, Mettensis episcopi; S. Heinrici, Leodicensis episcopi; S. Alberti, comitis; S. Arnulfi, comitis; S. Cunonis, comitis; S. Teoderici, advocati; S. Ewardi de Nodebais; S. Cunonis de Han; S. Godefridi Friseius; S. Hermanni de Heis; S. Galteri de Dalbis; S. Heilberti de Maceriis; S. Franconis de Onhaia; S. Guarneri, nepotis Teoderici advocati; S. Hugonis de Heria; S. Johannis de Baronville; item signum Hugonis.

Original sans sceau, aux Archives de l'État à Namur.

[1]) Un petit trait horizontal se voit au-dessus de la lettre x du mot Gandix.

Digitized by Google

VIII.

Arnulphe et son épouse Ivette, en reconnaissance des biens accordés à leurs ancêtres par le comte Eilbert, font diverses donations au monastère de Waulsort.

15 juillet 1087.

In Dei nomine. Ego ARNULPHUS cum uxore mea IVETTHA, postquam Morelli mansum[1] adquisivi, gratia Dei et coram episcopo Heinrico legaliter suscepi, omnipotenti Deo et ejus Genitrici, cujus opere et auxilio ad hunc perveni honorem et benedictionem, pro me et pro antecessoribus meis ex ipso allodio impendere adoptavi. Quapropter, ut animo concupieram, in ecclesia Walciodorensi sancte Dei Genitricis Marie, in qua comes nobilissimus jacet, qui multa bona antecessoribus meis et Florinas gratis donavit, et amicus et non victricus (*sic*) eorum extitit, auctoritate et licentia prefati episcopi istud facere decrevi, scilicet ut ex tota villa Morelli mansi de unaquaque domo dimidium denarium vel dimidia cere afferant per manus singulis quotquot annis; et ego ipse, ob amorem et reverentiam jam dicti comitis, xii denarios, quamdiu vixero, per memetipsum offeram singulis annis; quos volo, ut ardeant, super tumulum venerabilis viri.

Actum est Leodii, idibus julii anno Domini m. lxxx° vii°, indictione decima, anno xxxii° imperii Heinrici iiii, imperatoris.

Testes : Heinricus, episcopus; Godescalcus, abbas; Albertus, comes Namucensis; Wilelmus de Namur, frater ejus; Adelo; Walterus de Hesineiul (?); Boso de Bar.

Venbardus dictator atque scriptor.

Original sur parchemin, aux Archives de l'État, à Namur.

[1]) *Morelli mansus*, ancienne dénomination de *Morialmé*.

Digitized by Google

IX.

L'abbaye de Waulsort cède à un prêtre nommé Rotbert ou Robert une propriété sise à Pondrome.

1147.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noscat omnis fidelium successio me RUOTHBERTUM, sacerdotem, erga domnum abbatem Theodericum Walciodorensis ecclesie, annuente conventu ejusdem ecclesie, possessiunculam quandam obtinuisse, quam propter ejusdem ecclesie familiam, que sub nostra ditione regebatur, prefatus abbas cum conventu ex indominicata cultura in villa Pondrem[1] nobis jure mansionarii cessit, et secundum quantitatem terre censum solvere precepit. Hoc autem allodium ea conditione domnus abbas cum conventu in jus mansionarii transire permisit, ne quis ab usu familiarium ecclesie ad usum alterius ecclesie vel hominis audeat transmutare. Si autem, quod absit, quis hanc conditionem transgressus fuerit, propria hereditate carebit, nostrumque, sicut antea, nobis allodium remanebit; ipse autem vel ipsa perpetua excommunicatione subjacebit. Ne autem quis scrupulus ex reditu ejusdem terre oriatur, censum eundem hic annotare decrevimus. Solvitur itaque pro prefata cultura dimidius modius advene, dimidius modius frumenti, sex denarii, et pro orto duo gallinatii et unus denarius. Ut autem fixa et inviolabilis hec ratio permaneat, subsequens subscriptio testes demonstrat.

Hujus rei itaque testes adfuerunt : Domnus abbas Theodericus, Lambertus monacus, Adelardus, prior; Goscelinus, prepositus; Robertus, hujus rationis scriptor, et totus ecclesie conventus; Gislebertus, Harsteriensis presbiter; Godefridus, presbiter.

[1]) *Pondrem*, Pondrome.

Digitized by Google

Acta est hec conditio in Walciodorensi cenobio ante conspectum domni abbatis Theodorici et conventus ecclesie, anno ab Incarnatione Domini m° c° xl° vij°, indictione x, regnante Chuonrardo rege, anno sui regni x°, Heinrico ii°, Leodiensium episcopo, regnante.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

X.

Frédéric, roi des Romains, règle la sujétion du monastère d'Hastière vis-à-vis de celui de Waulsort.

8 mai 1152.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum rex. Ad imperialem munificentiam pertinet bene de re publica merentibus premia rependere, et ceteris ad famulatum imperii surgentibus eos in exemplum ac bone spei signum collocare. Quo circa noverit fidelium nostrorum tam future quam presentis etatis industria, quod interventu dilecti ac fidelis nostri Wibaldi, abbatis, qui nunc, Deo autore, Stabulensi et Corbiensi monasterio preest, privilegia Walciodorensis monasterii, in quo predictus abbas legitimum religionis habitum suscepit et juxta regulam beati Benedicti et sanctorum patrum instituta professionem fecit, recitari et exponi jussimus, in quibus scriptum continebat, quod vir quondam illustris Eilbertus comes, in proprio hereditatis sue fundo monasterium secundum regulam et ordinem monachorum in pago Lumensi construxit, de suo jure ac proprietate in jus et donationem regiam concessit et transegit. Idem monasterium cum omnibus appenditiis suis imperator Otto primus, cui a prefato comite suo, utique consanguineo, donatum fuerat, contulit Metensi ecclesie per manum Deoderici, venerabilis Metensis episcopi, hac scilicet interposita rationis observantia,

Digitized by Google

ut idem pontifex quemdam locum Hasteriam nomine, olim a sanctissimo predecessore suo Adelberone, antistite, ex proprio hereditatis jure sancto prothomartiri Stephano in Metensi ecclesia delegatum, supradicto cenobio gratia solaminis copularet et, cum proxima vicinitate junguntur, etiam sub unius ditione et ordinatione abbatis eadem prefata loca, Walciodorum videlicet atque Hasteria, indissolubili vinculo necterentur. Que constitutio, tam a dive recordationis prenominato augusto per venerande sanctionis paginam roborata quam apostolicis decretis per sanctissimum papam Benedictum confirmata, usque ad nostra tempora immobilis et inconvulsa permansit, licet alterius loci monachis, id est Hasteriensibus, studium semper fuerit prerogative Walciodorensis cenobii obsistere et abbatum suorum ordinationibus temeraria presumptione resistere. Que insolentia usque adeo stultis conatibus excrescere ausa est, ut sese a connexione et subjectione Walciodorensis cenobii et venerabilis Theoderici, ejusdem loci abbatis, abrumpere conati sunt, donec judicio curie nostre legibus et ratione subnixo compressi sunt et ad unitatem et obedientiam revocati. Auctoritate igitur in perpetuum valitura, juxta privilegia dive recordationis Lotharii tertii, Romanorum imperatoris augusti, et precellentissime memorie patrui nostri Cuonradi secundi, Romanorum regis incliti, decrevimus, ut Hasteriensis locus Walciodorensi monasterio contraditus et connexus, eidem semper cenobio cum omnibus intus et foris pertinentibus ad ipsum subdatur, sicut cella vel prepositura, vel quocumque nomine dicatur, aliquid inferius suo superiori debet adjacere, et, decedente eo, qui nunc ibi, Deo prestante, regulariter preest, Roberto, abbate, Stabulensis monasterii, de quo assumptus est, prius decano vel priore, suisque successoribus in perpetuum regulariter ordinandis, Hasterienses monachi conveniant Walciodorum tam ad exequias defuncti abbatis peragendas quam ad electionem futuri pastoris disciplinate et concorditer celebrandas, hoc videlicet discretionis tenore, ut

Digitized by Google

primus assensus, prima vox, prima denominatio penes Walciodorensium constet arbitrium et de ipsorum cetu persona, si fuerit idonea inventa, absque contradictione Hasteriensium eligatur. Quod si ibi forte reperiri non poterit, atque in Hasteriensi ecclesia persona conveniens inventa fuerit, de ipsis potius quam de alieno monasterio prelatus assumatur. Et, ut hec constitutio rata et immobilis per cuncta successura tempora permaneat, presens preceptum scribi mandavimus, nostreque signo imaginis impresso [muniri].

Testes, qui actioni et judicio interfuerunt subtus notari jussimus : Bernardus, Hildeshemensis episcopus; Wichmannus, Genevensis episcopus; Anselmus, Hanelebergensis episcopus; Wibaldus, Stabulensis et Corbeiensis abbas; Henricus, dux Saxonie; Albertus, marchio de Brandeburch ; dominus Welfus, avunculus domini regis; Otto, palatinus comes de Wttibsbach; Wdalricus, comes de Leirrenburck; Marcuardus de Grumbach, et alii quam plures.

Inferius erat scriptum : Signum domini Friderici, Romanorum regis invictissimi.

Ego Arnoldus, cancellarius vice Henrici, Moguntini archiepiscopi, etc.

Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis 1152, indictione decima quinta, regnante Friderico, Romanorum rege invictissimo.

Data Goslarie, 8 idus maii, in Christo feliciter, amen.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsu* Waulsort, n° 6, fol. 128 r° et v° 129 r° et v°, aux Archives de l'État à Namur.

Digitized by Google

XI.

Amalric, archidiacre de l'église de Liége, donne à l'abbé de Waulsort l'institution canonique de l'église du lieu.

1153.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverit omnium tam presentium quam futurorum sinceritas, quod ego AMALRICUS, Dei gratia sancte Leodiensis ecclesie archidiaconus, ecclesiam Walciodorensem, culpa sacerdotum, quibus commissa erat, dilapidatam et dissipatam esse dolens, consilio sapientum providi, ne ulterius in id negligentie incidat, ut divinus ibi cultus et res ecclesiastice imminuantur. Presbiteratum itaque et curam, quibus hactenus sacerdotes in concilio Florinensi per manus abbatum Walciodorensium, a quibus donum accipiebant, investiebantur, domno Roberto, ejusdem loci abbati, suisque successoribus, concessione domni Heinrici ii^di^, Leodiensium venerabilis episcopi, in perpetuum contradidi, ea videlicet ratione ut, que episcopalis juris sunt, abbas per se expediat; que vero ad animarum curam pertinent, per vicarium suum expleat.

Actum et concessum est in generali concilio Florinensi, anno Dominice Incarnationis m^o^ c^o^ l^o^ iii^o^, indictione i^a^, anno domni Frederici, incliti Romanorum regis i^o^, episcopatus vero domni Heinrici ii^di^, Leodiensium venerabilis episcopi, anno viii^o^.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XII.

Le pape Adrien IV prend sous sa protection le monastère et les religieux de Waulsort, leur règle, l'élection abbatiale, et leur confirme l'union et la dépendance d'Hastière.

17 mai 1155.

ADRIANUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ro-

Digitized by Google

berto, abbati monasterii beate Marie in Walciodoro, supra flumen Mosa, sive ejus fratribus tam presentibus quam futuris etc. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum Benedicti septimi et Eugenii tertii, Romanorum Pontificum, vestigiis inherentes, prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecunque bona, idem monasterium impresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Preterea villam, que vocatur Hasteria, cum ecclesia et omnibus appendiciis suis vobis nichilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra [conserventur] eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione, concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac San-

Digitized by Google

guine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

† Ego Adrianus, catholice ecclesie episcopus S.
† Ego Hubaldus, presb. card. tit. S. Praxedis.
† Ego Manfred, presb. card. tit. S. Sabine.
† Ego Julius, presb. card. tit. S. Marcelli.
† Ego Octavianus, presb. card. tit. S. Cecilie.
† Ego Guido, diaconus card. S. Marie in porticu.
† Ego Johannes, diac. card. SS. Sergii et Bachi.
† Ego Gerardus, diac. card. S. Marie in via lata.
† Ego Odo, diac. card. S. Nicholai in carcere Tulliano.

Datum Sutrii per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, xvi kal. junii, indictione iii, Incarnationis Dominice anno m° c°l v°, pontificatus vero domini Adriani pape iiij anno j°.

Original sur parchemin, avec bulle en plomb, aux Archives de l'État, à Namur.

XIII.

Enguerrand d'Orbais et Ide, sa mère, se réconcilient avec l'abbé de Waulsort et l'évêque de Liége, après avoir réparé les torts qu'ils avaient causés à Grand-Rosière[1].

17 septembre 1160.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus secundus, Dei gratia Leodiensis minister humilis, Roberto, venerabili Walciodorensi abbati, suisque successoribus in perpetuum.

[1]) Voyez pour le contenu de cet acte Tarlier et Wauters, *Histoire des communes belges, canton de Perwez*, p. 169.

Digitized by Google

Pastoralis sollicitudinis est ovem errantem requirere et inventam reducere, aut, si fessa vel debilis est, humeris reportare ad gregem. Quocirca Engelrannum de Orbais, nobilem virum, parrochianum nostrum, qui villam vestram Roserias injuste invaserat et vestra vobis violenter septus abstulerat, canonice excommunicavimus et a gremio sancte matris Ecclesie ecclesiastico judicio sequestravimus; sed quia, frequenti ammonitione nostra et diutina, ut credimus, revocatione compunctus penituit, et vestra vobis recognoscendo, corpora sanctorum cum imagine Domini, que ad terram pro eo deposueratis, de erratu suo satisfaciens, cum matre sua Ida, nobili femina, propriis manibus in loca sua restituit; satisfactionem ejus vestro rogatu libenter suscepimus, paci vestre in posterum profutura providimus. Dedit enim vobis et mater ejus in restitutione amissorum, nostro permissu, in villa de Orbais, retenta sibi advocatia, terram septem solidos Nammucensis monete singulis annis solventem in festo sancti Johannis et sancti Remigii, cum omni justicia, que sibi jure proprietario inibi obveniebat, eo dumtaxat tenore, ut mansionarii ejusdem terre et villicus, quem de eisdem mansionariis ibidem constituetis, jure perpetuo ecclesie vestre ac si eidem Engelranno subserviant, et de justiciis omnibus sive legibus de cetero respondeant. Quarum due partes nobis, tercia autem eidem Engelranno suisque successoribus proveniet. Villam autem beate Marie, Domine nostre semper Virginis, de qua vel in qua plurimum nos infestaverat, liberam et quietam vobis coram nobis in presentia multorum reliquit, salvo tamen jure advocati, quod predecessores ejus inibi sine rapina vel violentia susceperunt, vel scabini ejusdem ville sibi obvenire testabuntur. Pro his omnibus eidem Engelranno potenti patrique suo Bernardo et matri Ide orationes et beneficia ecclesie vestre in perpetuum concessistis. Ut autem traditio hec de Orbais et concordia inter vos de Roseriis facta firma sit et stabilis in perpetuum perseveret, cartam istam super his fieri jussimus et sigilli nostri impressione mu-

Digitized by Google

niri, auctoritate a Deo nobis concessa, obtestantes et anathematis vinculo subicientes eos, qui ea, que prenotata sunt et ecclesie beate Marie, que est in Walciodoro, concessa, violenter abstulerint, infirmaverint vel alienaverint.

Actum puplice (*sic*) Leodii in festo beati Lamberti, quod est xv kalendas octobris, anno ab Incarnatione Domini m° c° lx°, indictione viii, regnante domno Friderico imperatore anno viii, domno Heinrico ii° cathedre Leodiensium presidente anno xv°, ordinationis vero domni Roberti, Walciodorensis abbatis, anno viiii, ad laudem et gloriam nominis Dei.

Testes, qui adfuerunt, hi sunt : Domnus Philippus, Coloniensis ecclesie majoris decanus et Leodiensis ecclesie archidiaconus; domnus Amalricus, archidiaconus; domnus Bruno, archidiaconus; domnus Balduinus, archidiaconus; domnus Wazelinus, abbas Florinensis; domnus Walterus, abbas sancti Laurentii; domnus Drogo, abbas sancti Jacobi. De liberis hominibus hi sunt : Heinricus de Aorb, Berengarius de Nammeche. De familia beati Lamberti : Theodericus de Prato; Widericus, frater ejus, et alii multi.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XIV.

Henri II, évêque de Liége, donne à Robert, abbé de Waulsort, et à ses successeurs, l'église d'Hastière et la chapelle de Blaimont.

1161.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus secundus, Dei gratia sancte Leodiensis aecclesiae episcopus, omnibus aecclesiae Dei fidelibus tam presentibus quam futuris. Pastorali moderamini competit dilapsa stabilire et stabilita in melius firmare. Quocirca per interventum fidelis nostri magistri Balduini, archidiaconi, ad peticionem dilecti nostri Roberti,

Digitized by Google

abbatis, qui nunc ecclesiae Hasteriensis, Deo auctore, rector est, clementer aurem inclinavimus, et presbiteratum vel personatum parrochialis ecclesiae, que est in Hasteria, cum pertinentiis suis ei, qui nunc eidem loco preest, vel eis, qui ibidem, Deo auctore, in posterum preerunt, salvo per omnis episcopali vel archidiaconi iure, tam in conducendo vicario quam in ceteris in perpetuum concessimus. Capellam etiam Blaimont, que proxima est, et sibi per se non sufficit, sollicitudini et industrie eiusdem abbatis pari ratione concessimus.

Actum in conventu Leodiensi, anno Dominicae Incarnationis m° c° lxi, indictione viiii, imperante domino Frederico, imperatore.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XV.

Brunon, archidiacre de Liége, confirme l'abbaye de Waulsort dans la possession de la moitié de l'église de Dave.

1161.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Bruno, Dei gratia Leodiensis ecclesie archidiaconus. Ad cognoscendam rei dubie certitudinem, testimonium veritatis requiritur, quod, propter tempus defluens scripto membrane vel[1]... affixa dubitationem non solum presentibus sed et posteris adimit. Volumus igitur per hanc scripti nostri paginam, non solum ad presentium sed etiam ad futurorum notitiam pervenire, quod domnus Robertus, venerabilis abbas Walciodorensis monasterii, quod in honore beate Marie semper Virginis super fluvium Mosam situm est, frequenter nostram expetivit modicitatem, ut, secundum officium nobis a Deo creditum, justitiam sibi de eccle-

[1] On y lit *con* suivi d'une abréviation.

Digitized by Google

sia de Daules[1] plenariam facere non differremus. Johannes enim de Daules, liber homo, ex liberis et ingenuis natus, medietatem ejusdem ecclesie, que scilicet jure proprietario obveniebat ecclesie sue, hoc est Walciodorensi, tempore predecessoris sui pie memorie Theoderici, abbatis, legitime contradidit. Sed, quia pro decem marcis apud cognatos suos invadiata erat, in jus perpetuum illam revocare sibi non licuit, maxime cum idem cognati non solum invadiatam sed etiam omnino traditam hereditario jure sibi possidendam contenderent. Domnus Robertus, abbas, seposito jure vadii, cum ipso Johanne frequenter domini episcopi et archidiaconorum et nostram supplex adiit presentiam, ut liberi hominis Johannis legitimam traditionem, de qua nullam subterfugiebat audientiam, bannorum episcopalium in concilio nostro authoritate confirmaremus. Nos vero de contradictione laicorum, et de abbatis instantia, et liberi hominis Johannis confessione et perseverantia, tum in synodo generali, tum in nostro concilio captato consilio, tandem judicio concilii nostri bannorum episcopalium auctoritate, et tam nostra quam fratrum nostrorum astipulatione, medietatem ecclesie de Daules, quam Johannes a proavis suis possederat et legitime ecclesie Walciodorensi tradiderat, eidem ecclesie confirmavimus autoritate episcopali, sub anathematis interminatione constituentes, ne quis de eadem ecclesia, salva tamen vademonii pecunia, ecclesiam Walciodorensem infestare audeat. Quod si cognati ejusdem Johannis prenominatam pecuniam, scilicet oblatam, recipere contempserint, primo, secundo tertiove commoniti, si violenter in hac injustitia perseveraverint, anathematis sententia usque ad satisfactionem feriantur.

Actum est publice in concilio nostro Cennaci, anno Domini 1161, indictione nona, cathedram episcopatus regente domno Henrico secundo anno decimo septimo.

[1]) *Daules*, Dave, sur la rive droite de la Meuse, à une lieue sud de Namur.

Digitized by Google

Testes, qui huic actioni interfuerunt : Lambertus, decanus ; Walterus, Ceynacensis prepositus ; Walterus, canonicus de sancto Quintino, et alii canonici ejusdem ecclesie quam plurimi. De sacerdotibus concilii : Garsilius de Busin, Dominicus de Havelangia, Wenricus de Hubina, Gerardus de Galmay, Wobertus de Markanpanne, Benzelinus de Flostui, Heinricus de Restei, Wirizo de Daules, Balduinus de Campinluns, Lambertus de Corbuin, et alii multi.

Et appendebat sigillum in cera.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. V, fol 31 v°, 32 r° et v°, aux Archives de l'État, à Namur.

XVI.

Henri l'Aveugle, comte de Nanur, confirme plusieurs donations de biens et celle d'une partie de l'église de Falmagne, faites par différentes personnes à l'abbaye de Waulsort.

1163.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Heinricus, comes Nammucensis, omnibus tam presentibus quam futuris. Noverit tam presens a Deo formata propago quam in perpetuum formanda humana origo, quod Anselmus, liber homo, cum filio suo eque Anselmo, de Fallemannia, frater uterinus domni Hillini, Trevirensis archiepiscopi, partem ecclesie, quam in Fallemannia habebat et jure hereditario provenerat, et curtem muro circumseptam, omnia ex integro quicquid ibi in eadem ecclesia habere videbitur, scilicet donum prebendariorum (nam quatuor clerici vel sacerdotes ibi constituti sunt, ubi in duobus dimidium donum, in tercio quartam partem, in quarto octavam partem tenebat), eulogias et omnem subjectionem et fidelitatem eorum per manus nostras et nostram concessionem, Walciodori ad altare beate Marie, pro animabus patris et matris sue et antecessorum suorum, et etiam pro remissione suorum

Digitized by Google

peccaminum, tradidit ; participesque sui, scilicet Theodericus de Bulun et Mathildis, uxor ejus, Godefridus et Theodericus, frater ejus, de Fallemannia, similiter partes suas, quas et ipsi possidebant, legitime per manus nostras tradiderint. Ecclesia siquidem a sanctis patribus honeste et bene constructa tam in ornamentis quam in thesauris et reliquiis multorum sanctorum fulgebat ; sed nunc in presenti a multis distracta et dissipata, tam in cultu divino quam in ornamentis, et tectis, et ceteris edificiis pene diruta oblivionique tradita a nemine pie curabatur, et ideo, consilio inter se habito, sub spe meliorandi, reparandi et restruendi, fratribus monachis Walciodorensibus per manus domni episcopi Leodiensis Heinrici loco clericorum ibi locatis, ad altare beate Marie tradiderunt. Ego autem, liber advocatus ecclesie Walciodorensis, donationem hanc suscipiens, de manu mea per manus nobilium virorum, qui mecum aderant, Walciodorensi ecclesie et beate Marie reddidi. Et ut ratum habeatur et inconvulsum perpetualiter permaneat, per hanc presentem paginam roboravi et sigilli nostri attestatione confirmavi.

Testes, qui huic donationi interfuerunt : Theodericus de Fan ; Johannes, frater ejus ; Bastianus de Gurdines ; Arnulphus de Gabelo ; Balduinus de Cutuen ; Walterus de Unhaia ; Isaac de Hasteria, Theodericus Cono de Fallemannia.

Similiter quedam matrona, Ascela nomine, de Daules, quicquid in eadem villa Fallemanie hereditario jure habebat vel habere poterat, tam in ecclesia et reliquis possessionibus, terris, pratis, silvis indominicatis, tercia pars molendini, ubi etiam habentur xi quartarii terre et dimidium, et familia, quorum nomina hic scripta sunt : Robertus, Ascelinus, Ava cum filiis et filiabus suis, et domum lapideam a se constructam, et omnia ex integro cum genero suo Antonio et filia sua Helvide, Deo et beate Marie Walciodorensi legitima donatione, per manus Anselmi et filii ejus Anselmi tradidit. Predicta vero

Digitized by Google

matrona, sicut prius, cum sua traderet, diffinitum erat, una cum predicti Antonii filio, qui huic hereditati jure succedebat, in ecclesia Walciodorensi religionis sumpsit habitum. Ne autem tam legitime traditioni aliqua in posterum oriretur contrarietas, supradictus Antonius filiam suam, Florentiam nomine, que huic actioni non interfuerat, Nammuco post paucos dies adduxit et, redempto sibi suo allodio ab abbate Walciodorensi Roberto et fratribus ejusdem ecclesie, in Forcelia, quod ei in parte sua provenerat, quod a parentibus suis, scilicet Anselmo de Monz et filiis suis, a Gerardo de Dorina et ejus nepotibus de Linei, de Heroca et Harsen, paulo ante legitime factum fuerat, iterata traditione sub idoneis testibus propria manu guerpivit et confirmavit.

Testes : Anselmus junior de Fallemannia; Godefridus de Heranz, avunculus ejus; Hillinus de Daules; Rigoldus, Wilelmus, Gervasius, fratres de Nova Villa, et alii multi.

Actum Hasterie, anno Dominice Incarnationis m° c° lx° iij°, indictione xi, regnante domno Frederico imperatore, anno regni sui iiij^to^, imperii viii°, pontificatus domni Heinrici, Leodiensium episcopi, anno xviij°, ordinationis domni Roberti, abbatis, anno xii°.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XVII.

Baudouin, archidiacre de Liége, approuve les donations de biens et celle d'une partie de l'église de Falmagne, faites par différentes personnes à l'abbaye de Waulsort.

1163.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Balduinus, Dei gratia sancte Leodiensis ecclesie archidiaconus, omnibus presentis et futuri evi fidelibus. Ecclesia Fallemannie a fundato-

Digitized by Google

ribus suis quattuor sacerdotum ministeriis ad divinum cultum explendum commissa, nostro tempore, ignavia eorum, qui per tempora labentia studiosis successerant, faciente, ad tantam devenerat neglegentiam, ut quattuor clericorum officia debita vix unius vicarii interdum ministerio redderentur. Ipsa autem structura ecclesie, tecta, parietes, fenestre, ornamenta, vestes sacre et sanctorum reliquie, casui, dilacerationi et direptioni subjacebant. Loci autem possessores, fundatorum successores, de ecclesiastici juris et honestatis exterminio usque ad compassionem permoti, duobus enim subdiaconibus et duobus pueris infra annos et infra ordines constitutis asscripta erat, ecclesie beate Marie, que est in Walciodoro et abbati ejusdem loci, domno Roberto, sive fratribus ibidem Deo famulantibus, quicquid in ea juris et in pertinentiis ejus habebant, legitime tradiderunt spe meliorandi inventa, restruendi disruta, et restituendi inibi ad divinum cultum tam nocturna quam diurna officia. Quod, ut nobis intimatum est, quum in archidiaconatu nostro erat, ex consensu domni episcopi Heinrici ordinationem ejusdem ecclesie predicto abbati, domno Roberto suisque successoribus concessimus in perpetuum, ea dumtaxat conditione, ut vice clericorum monachos ibi ad serviendum Deo substituat; vicarium autem de clericali vel sacerdotali ordine ad curam animarum suscipiendam et synodorum vel conciliorum jura perficienda tam nobis quam successoribus nostris subministrare provideat. Dignum igitur duximus, ut participes allodii et possessores fundi huic nostre concessionis scedule inseramus, quorum donatione temporalia, quorum peticione spiritualia obtinuit Walciodorensis ecclesia : Gerulfus et Berlendis cum filiis Winando et Heriberto, Anselmus et filius ejus Anselmus, Theodoricus de Bulun et uxor ejus Mathildis, Ascela de Daules; hi omnes nobiles et liberi. De familia autem ejusdem ecclesie : Godefridus et Theodericus.

Ut autem hec nostra concessio et ordinatio per succedentia tempora rata et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione

Digitized by Google

eam insigniri et muniri fecimus, et concilii nostri testimonio roborari.

Testes : Stephanus, decanus ; Hugo, Cellensis prepositus ; Reinerus de Erdai ; Reinerus de Loerhe ; Robertus de Doroit ; Wericus de Palisul ; Heinricus de Rovonia, et alii multi.

Acta sunt hec anno Domini m° c° l°xiii°, indictione xi^ma^, anno regni domni Frederici xii°, imperii viii°, presulatus domni Heinrici secundi, Leodiensium episcopi, anno xviiii, ordinationis domni Roberti, Walciodorensis abbatis, anno xii^mo^.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XVIII.

Hillinus, archevêque de Trèves, donne à l'abbaye de Waulsort sa part de biens patrimoniaux situés à Falmagne.

1164.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hyllinus, Dei gratia Trevirorum humilis minister et servus, Apostolice Sedis legatus, dilecto in Christo filio Roberto, Walciodorensis ecclesie abbati, omnibusque successoribus ejus canonice ibidem substituendis in perpetuum. Quoniam ex officio nobis divinitus collato, tamquam super candelabrum Ecclesiae Dei positi, non solum his, qui in domo, sed et his, qui foris sunt, omnibusque ingredi volentibus lumen et exemplum boni operis debemus praebere, dignius elegimus successorum nostrorum parentum potius fieri exemplum justicie quam occasio culpe. Cum enim privilegium karissimi et venerabilis fratris nostri domini Henrici, Leodiensis episcopi, coram nobis recitaretur et illic quanta libertate Anselmus, frater noster uterinus, ceterique parentes nostri partes hereditatis sue in Falemannia, tam in ecclesia quam in ecclesie praebendis et decimis aliisque denariis, sicut perfecte ibidem continetur, ecclesie Walciodorensi tradiderint,

Digitized by Google

perfecte comperissemus, nos, quos ejusdem hereditatis portio contingebat, tum pro reverentia matris Domini nostri, sacratissime Virginis, tum pro affectu matris nostre et antecessorum nostrorum ibidem in Christo quiescentium, tam pio facto voluntarium per omnia prebuimus assensum. Ne igitur occasione nostri vel aliorum quisquam succedentium parentum nostrorum aut ecclesiasticarum sive secularium personarum quispiam prefatam ecclesiam vel ecclesie abbatem aut fratres in aliquo gravare et hanc donationem libere et sine contradictione factam de cetero calumpniari contendat, omnem eis querimoniam vel calumpniam nunc et in posterum precidimus, et predicti fratris et coepiscopi nostri confirmationi nostre confirmationis paginam sigilli nostri et fidelium testium auctoritate munitam apponimus.

Nomina testium : Alexander, ecclesie Trevirensis archidiaconus et Leodicensis prepositus; Sifridus, prepositus sancti Castoris in Confluentia; Albertus, ejusdem canonicus; Theodericus de Bello Campo; Arnoldus, prior de Marceto; Theodericus, canonicus sancti .....[1] Trevirensis; Adelardus de Falemannia, ejusdem ecclesie canonicus; Godefridus; magister Luerwinus, Leodiensis; Anselmus, prefati Anselmi filius, Gervasius de Novilla ; Walterus de Serain.

Acta sunt hec anno Domini m. c. lx. iiij, indictione xii, anno xii regni, imperii vero viii domini Friderici imperatoris, pontificatus nostri xii.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'Etat, à Namur.

[1]) Il y a, en cet endroit de la charte, une abréviation difficile à déchiffrer. Il n'y avait autrefois à Trèves que les collégiales de Saint-Paulin et de Saint-Siméon. Cette dernière avait son siége dans la célèbre *Porta nigra*, convertie en église.

Digitized by Google

XIX.

Alexandre II, évêque de Liége, confirme l'incorporation de l'église de Falmagne à l'abbaye de Waulsort, et la donation de l'alleu de Vilenz, faite à la même abbaye.

1166.

In nomine sancte et individue Trinitatis. ALEXANDER, Dei gratia sancte Leodiensis ecclesie episcopus, universis Dei cultoribus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Metuentes a Domino dictum : « Si vos tacetis, lapides clamabunt », opera divina debemus non tacere, sed pro officio nobis a Deo collato scriptis commendare, ut in posterum seculo viventes, veritatis seriem cognitam, equitatem et justiciam firmiter teneant, filiisque suis succedentibus perpetualiter teneri et observari persuadeant. Quapropter justis peticionibus dilecti nostri abbatis Walciodorensis, Roberti, aures accomodantes, pro ecclesia Fallemanniensi, qualiter vel a quibus personis ecclesie Walciodorensi tradita sit, scribi mandavimus, et de visis et auditis testimonium perhibuimus. Cum enim apud domnum Hillinum, venerabilem Trevirensem archiepiscopum, essemus in villa, que Confluentia vocatur, tunc temporis Trevirensis archidiaconus et Leodiensis ecclesie prepositus et archidiaconus, frater quidam a Walciodorum (*sic*) veniens domno archiepiscopo et toti curie sue, nobis presentibus, intimavit, quod vir quondam nobilis, Gerulfus nomine, frater Alberti de Brie, allodium, quod ei jure hereditario provenerat, scilicet octavam partem in Fallemannia, terris, pratis, silvis, aquarumque decursibus, in ecclesia et in dote ipsius, beate Marie in Walciodoro tradidit. Porro, quia nostris temporibus ecclesia jam predicta per incuriam dominorum laicorum, qui eam possidebant, et quattuor clericorum ad eam pertinentium, quibus commissa erat, nimium collapsa et diruta tam in tectis quam in ceteris edificiis et ornamentis fuerat, ob

Digitized by Google

cultum divinum restaurandum et cetera restituenda, captato inter se consilio, Anselmus, uterinus frater jam prefati archiepiscopi, cum filio suo Anselmo, qui nobiscum presens aderat, Theodericus de Bulun, cum uxore ejus Mathilde, Ascela de Daules, Godefridus et Theodericus, fratres, ad altare beate Marie in Walciodorensi ecclesia, ipsam ecclesiam prenominatam cum omnibus suis appenditiis, concessione domini predecessoris nostri, bone memorie, Heinrici, Leodiensis episcopi, per manus comitis Nammucensis Heinrici et nobilium virorum, qui interfuerunt, libere tradiderunt, ea scilicet conditione, ut loco clericorum monachi ab abbate Walciodorensi substituantur, qui ecclesie in perpetuum subservire studeant et ruinas tantas reparare non negligant. Quibus auditis, domnus archiepiscopus, quia major natu et dignitate ejus parentele habebatur, libenter annuit et etiam auctoritate archiepiscopali, tanquam Romane Ecclesie legatus, in perpetuum possidendam confirmavit. Nos autem, ad cujus officium pertinet donationem hanc confirmare, mutationem clericorum concedere, moderata discretione nobiscum pertractantes decernimus, ut, que predecessor noster, jam nominatus episcopus, concessit, domnus archiepiscopus confirmavit, etiam et nos ecclesie Walciodorensi et ejus abbate (*sic*) Roberto, qui nunc regulariter eidem ecclesie preest, suisque successoribus in perpetuum substituendis, ecclesiam predictam possidendam, ordinandam, regendam concedimus et confirmamus; statuentes, ut loco persone investite, qua hactenus sacerdotes investiebantur, ipse abbas investituram et personatum, suique in posterum substituendi abbates, assentiente in id ipsum ejusdem provincie archidiacono Balduino, suscipiat, ut cum omni integritate ecclesia jam dicta in amplius et perfectius promoveatur, ordinetur a fratribus ibi constitutis, conservetur et que usibus nostris et legum nostrarum constituta sunt, scilicet sinodorum ecclesiasticarum nostrarum, et curam animarum nobis comissarum per vicarium suum explebit. Quod si contra hanc nostre contitutionis pa-

Digitized by Google

ginam ecclesiastica secularisve persona quelibet venire temptaverit, primo, secundo et tertio commonita, si non satisfecerit, excommunicationi subjacebit et omnipotentis Dei judicium incurret.

Actum Dionanti anno Incarnationis Domini m° c° lx° vi°, indictione xiiij, anno episcopatus nostri primo, imperante domno Frederico, anno sui imperii xiiij, anno ordinationis domni Roberti, abbatis, xiiij.

Testes : Heinricus, comes Nammucensis, Anselmus de Fallemannia, qui hanc donationem fecit; Teodericus de Fan; Johannes, frater ejus; Arnulfus de Tier; Symon de Sencelia; Anselmus de Han; Theodericus de Bulun, qui hanc donationem fecit, et alii quamplurimi tam clerici quam laici.

Et ne futuris temporibus ea, que a presentibus fidelibus ecclesiis Dei donantur, in posterum oblivioni tradantur, etiam hic adnotare et sub sigilli nostri attestatione commemorare precepimus, quomodo vel a quibus personis allodium de Vilenz et medietas ecclesie et tres partes alie medietatis beate Marie et ecclesie Walciodorensi datum habeatur. Dedit enim primum donum Godefridus de Rachan, liber homo, cum uxore sua Gerberge nobilissima, quicquid eis jure hereditario provenerat, scilicet domum indominicatam, medietatem ecclesie, cum terris, pratis, silvis; et reliquum Nicholaus de Herocha, liber homo, cum uxore sua Osilia, quicquid ibi habere videbantur, tres partes medietatis ecclesie cum omnibus suis sibi provenientibus terris, pratis, silvis, per manus comitis Godefridi Nammucensis et Lamberti, comitis de Monte Acuto, anno Dominice Incarnationis m° c° xxx° iii°, in conspectu nobilium virorum qui interfuerunt, quorum nomina hic scribi fecimus : Cono de Han; Theodericus de Fan; Hezelo de Vilenz; Stephanus et Adelardus, fratres, de Meanz; Steppo de Maves; Cono de Verina; Wilelmus de Cennaco, et alii plurimi. Et renovatum est et redditum in manus nostras ab ipsa Osilia, domno Ro-

Digitized by Google

berto, abbate Walciodorensi, annuente, comite Heinrico Nammucensi astante, Domno nostro Jhesu Christo regnante..., anno sue Incarnationis supra scripto.

Testes hujus renovationis : Theodericus de Fan ; Johannes, frater ejus ; Herbrandus de Oria ; Franco, frater ejus ; Nicholaus de Florinis ; Arnulfus de Tier ; Anselmus de Han ; Symon de Senzelia et alii plurimi.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XX.

Saint Albert de Louvain, archidiacre de Liége, incorpore à l'abbaye de Waulsort l'église paroissiale du lieu.

1178.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Quicumque dignitatis ecclesiastice regimen sortiuntur, illorum institutionibus semper magistra debet esse karitas, que saluti proximorum consulens, id precipit aliis fieri, quod sibi quisque ab aliis concupiscit inpendi. Quocirca omnibus fidelibus Dei tam futuris quam presentibus notum facio, quod ego Albertus, Dei gratia Leodiensis ecclesie archidiaconus, edificia Walciodorensis ecclesie culpa investitorum, quorum officio reparatio illius partim incumbit, nimia vetustate attrita esse cognoscens, quorumdam fidelium usus consilio, pio et regulari moderamine illius ecclesie previdi reformationem, ne simili errore per aliqua succedentia tempora divine religionis cultus in ea defectum pariatur. Presbiteratum itaque et curam, quibus actenus sacerdotes in concilio Florinensi per manus abbatum Walciodorensium, a quibus donum accipiebant, investiebantur, domno Petro, ejusdem loci abbati, suisque sucessoribus, concessione domni Rodulfi, Leodiensium venerabilis episcopi, in perpetuum contradidi, hac scilicet interposita rationis observantia, quod

Digitized by Google

abbas episcopalia jura per se expediat, que vero ad animarum curam pertinent per vicarium suum expleat, quem et annuatim pro arbitrio suo, si sibi utile judicaverit, removeat. Ut autem tam legitima traditio rata et immobilis per omnia succedentia tempora permaneat, presentem cartulam conscribi fecimus, nostreque signo ymaginis impresso [muniri]. Testes qui hui, actioni interfuerunt subnotari jussimus :

Les noms des témoins sont omis; on a laissé, dans l'acte, quatre lignes en blanc.

Acta sunt hec in generali concilio nostre Florinensi, anno Domini m° c° lxx° viii°, indictione xi^a^, anno domni Frederici, Romanorum imperatoris, xx° vii°, episcopatus vero domni Rodulfi, Leodiensium venerablis episcopi, anno [xii°], ordinationis domni Petri abbatis iiii°.

Acte sur parchemin, avec fragment de sceau, aux Archives de l'État à Namur.

XXI.

Le Souverain Pontife Alexandre III confirme l'abbaye d'Hastière dans ses possessions.

Vers 1181.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Petro, abbati Hasteriensis ecclesie, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Hasteriensem ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio commu-

Digitized by Google

nimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Locum Hasterie, in quo monasterium vestrum est, in ea libertate, qua tenuit illum comes Widericus, qui cenobium construxit, cum appenditiis suis Hermentone[1], Poviniam, Fretieres, medietatem Gerini[2], montem Anodium, Ostemreis, in terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis, molendis, piscaturis, cum familia et omni servitio, quod per circulum anni debent incole tempore totius agricolationis et aree triturationis, cum ecclesia matre, que est in Hasteria, cum dote et decimis, et cum appenditiis Serevilla[3], Riennes[4], Marduenna, cum investitura et personatu ipsius matris ecclesie, cum capella de Blamonte ; allodium de Blaimonte, cum terris cultis et incultis, pratis, silvis ; duos mansos in Simereio ; unum mansum in Bosuth, in Wadreceies, quartam partem totius allodii in Gedineis[5]; decimam indominicatorum in Foscia; partem decime indominicatorum, culturam et decimam in Marrinia ; ecclesiam sancti Martini in Dionantum, et ibidem octo solidos census domorum ; allodium de Herbrece cum terris et silvis ; allodium de Tourrines, cum appenditiis suis, in ea libertate, qua tenuit illud Alpudis[6] comitissa, cum familia, cum terris cultis et incultis, pascuis, aquis, molendinis, silvis ; allodium de Petrebais, cum ecclesia et decima et reddi-

1) *Hermentone*, Hermeton-sur-Meuse.

2) *Gerinum*, Gérin.

3) *Serevilla*, Serville.

4) *Riennes*, Rienne.

5) *Gedineis*, Gedinne.

6) *Alpudis*, lisez *Alpaidis*. La noble dame Alpaïde fit don du village de Grand-Rosière aux religieux de l'abbaye de Waulsort. Voyez Tarlier et Wauters, *Histoire des communes belges* ; *canton de Perwez*, p. 169.

Digitized by Google

tibus totius ville ; ecclesiam de Nodebais, cum decima totius ville et terra de fontibus, et octo jugera arabilis terre, cum quatuor cortiliis, de elemosina Gerardi et Henrici. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere presumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare ; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolici autoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sanctissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ulcioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi continua, et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. I, fol. 286 et sv., aux Archives de l'Etat, à Namur.

Digitized by Google

XXII.

Pierre, abbé de Waulsort, donne en engagère la dîme de Dave au chevalier Évrard, de Namur, et à Baudouin de Wierde.

1185.

Multis incommodis prudenter occurrimus, dum etatis nostre litterarum custodie commendamus. Sciant ergo tam presentes quam futuri, quod ego Petrus, Walciodorensis ecclesie abbas, et fratres mei decimam, que in villa de Daules ecclesie Walciodorensi jure contingit, Evrardo, Namucensi militi, et uxori ejus, et Balduino de Werde pro viii° marcis dedimus in valdimonium, hoc interposito rationis tenore, quod pro dicta decima infra viii° annos non redimetur; postea vero in resurrextionem Domini annuatim erit redimenda. Si vero Evrardus Nammucensis, miles, vel ejus uxor, infra tempus redemptionis forte obierint, mediam partem prestite pecunie, scilicet iiii^or marcas, ecclesie Walciodorensi pro sua suorumque salute in elemosinam dimiserunt; reliquam vero partem Balduini de Werde ex integro recipiet. Ut autem hujus actionis pactio inconvulsa permaneat, presentem cartulam sigilli nostri auctoritate roboravimus et testes, qui interfuerunt, subscribi fecimus : Petrus Walcidorensis abbas; Arnulfus, prior; Vidiricus, prepositus; magister Rogerus; Franco, Walciodorensis parrochie presbiter; Bertrannus, Walciodorensis vilicus; Warinus de Evrehalle.

Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini m° c° octogesimo v°, indictione iii^a.

Chirographe sur parchemin, aux Archives de l'Etat à Namur.

Digitized by Google

XXIII.

Raoul ou Rodolphe, évêque de Liége, approuve la donation de la dîme d'Onhaye, faite à l'abbaye de Waulsort par la noble dame Mathilde d'Onhaye.

1190.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Rodulphus, Dei gratia Leodiensis episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Cum equum est nos piis studiis concedere, quod pia religione et bona devocione actum est, perpetue posterorum memorie relinquere curantes, dignum duximus significare, quia Matillis, nobilis mulier, de Unhaia, omne jus patronatus et decime, quod nomine allodii ex antiqua et legitima antecessorum suorum possessione habebat, pro sua et antecessorum suorum salute Walciodorensi eccclesie, cum filiorum et filiarum suarum unanimi consensu, legitime contulit.

Actum est hoc publice et solempniter in ecclesia Walciodorensi per manus Balduini, comitis Hainonensis, et filiorum Henrici et Philippi, Dominice Incarnationis anno m° c° xc°, indictione v^a^.

Quod ut ratum et inconvulsum omnibus evis permaneat, sigilli nostri attestacione contra omnem casum munivimus et corroboravimus. Quod si quis contra hanc legitimam et rationabilem donacionem et hujus nostre confirmationis paginam ire attemptaverit, apostolorum beatorum Petri et Pauli et nostra episcopali auctoritate excommunicatur ab Ecclesia Dei et omnino christianorum communione eliminetur, donec condigne resipuerit et satisfecerit.

Hujus rei testes sunt : Theodericus de Fain, Clarebaldus de Alta Ripa, Symon de Means, Alardus de Cymiaco, Walterus de Avenna, Gerardus de Durine, et ceteri multi clerici et laici.

Etiam sub ejusdem sigilli nostri impressione notum facimus

Digitized by Google

omnibus, quod Godefridus, nobilis homo de Tine, vi bonuaria allodii, quod jure hereditatis eum in eadem villa, videlicet in .... (*sic*), contingebat, ecclesie Walciodorensi pro remedio anime sue legitime contulit.

Testes sunt : Walterus de Oria, Balduinus, et Albertus, et Godefridus, et Fastradus de Serain.

Original sur parchemin, muni d'un sceau en cire à queue pendante, représentant un évêque assis, crossé et mitré, avec la légende : RODULFUS DEI GRATIA LEODIENSIUM EPS, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXIV.

Saint Albert de Louvain, grand prévôt de Liége et archidiacre, approuve et confirme la donation du droit de patronage sur l'église d'Onhaye et de la dîme du même lieu, faite à l'abbaye de Waulsort par la noble dame Mathilde d'Onhaye.

1190.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego ALBERTUS, Dei gratia Leodiensis major prepositus et archidiaconus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Nos, auctoritate domini nostri episcopi Rodulphi, super donatione patronatus et decime ecclesie de Unhaia, quam Matillis, nobilis mulier de Unhaia, ecclesie Walciodorensi contulit, secuti sigilli nostri attestacione eandem donacionem Walciodorensi ecclesie corroboravimus et confirmavimus.

Actum est sollempniter hoc in concilio Florinensi, anno Dominice Incarnationis m° c° xc°, indictione v^a^.

Hujus rei testes sunt : Walterus, Florinensis decanus, jam dicte ecclesie investitus; Lantbertus, Broniensis abbas[1]: Her-

[1]) M. Eug. del Marmol passe cet abbé sous silence dans sa *Notice sur l'abbaye de Brogne ou de Saint-Gérard.*

Digitized by Google

mannus, Floreffiensis abbas; Franco, presbiter de Unhaia; Johannes, Cellensis prepositus et noster clericus, qui hanc cartam scripsit; Bastianus de Metin, et ceteri multi ejusdem concilii fratres.

Original sur parchemin, avec sceau à queue pendante, portant l'inscription : ALBERTUS DEI GRATIA PREPOSITUS ET ARCHIDIACONUS, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXV.

Guillaume, doyen de Saint-Castor à Coblence, renonce, en faveur de l'abbé de Waulsort, à tout droit de patronage qu'il pouvait posséder sur l'église de Dave.

1190 environ,

FORMARUS, Dei gratia Trevirorum archiepiscopus, Apostolice Sedis legatus, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, in Domino salutem. Notum fieri volumus universitati fidelium, quod, cum causa illa, que inter abbatem de Wausoire et Willelmum, decanum sancti Castoris, super patronatu ecclesie de Davel versabatur, a sanctissimo patre et domino Urbano, summo pontifice, nostre fuisset delegata diffinitioni, partibus hinc inde complacuit super eodem transigere negocio. Pacis itaque federe inter ipsos inito, jam dictus Willermus omni juri, quod se in eodem patronatu habere confidebat, in presentia nostra renunciavit. Nos ergo omnem in posterum malignandi occasionem preveniendo tollere cupientes, hujus rei veritatem nostri volumus sigilli testimonio roborari.

Et appendebat sigillum in cera.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. v, fol. 31 r°, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

XXVI.

Bertrand, évêque de Metz, confirme la sujétion du monastère d'Hastière vis-à-vis de l'abbaye de Waulsort.

1202.

Bertrandus, Dei gratia Mettensis episcopus, dilecto ac fideli suo Lieberto, venerabili Walciodorensi abbati, et ejusdem loci venerando conventui salutem in Domino. Tempora quidem mala sunt et ita temporibus fragilitas humana conformatur, quod etiam religiose persone, rebus propriis non contente, jura plerumque vendicant aliena, et retro respicientes ab aratro, ad ea, que sua non sunt, manus ambitiosas extendere nullatenus erubescunt. Quod a monachis Hasteriensibus ex privilegio domini Stephani, bone memorie predecessoris nostri, ejus factum tempore didicimus; pares enim vobis se facere, et ecclesiam suam a vestra, cujus ipsa membrum esse domni Benedicti pape septimi et domni Ottonis, Romanorum imperatoris, antiqua demonstrant privilegia, segregare volebant. Idem vero felicis recordationis predecessor noster domnus Stephanus, prout suum nobis super hoc rescriptum patefecit, ad pacem et concordiam utriusque fratres ecclesie revocans et tam institutioni domni Theoderici, jam dudum episcopi Mettensis, a quo earum facta est conjunctio, quam predictis apostolicis et imperialibus ac aliis scriptis auctenticis innitens, sua decrevit auctoritate prefatas ecclesias unum esse, et eas sub uno abbate, uno quoque titulo et uno tantum regimine, perpetuo manere, ita ut, abbate de Walciodoro viam universe carnis ingresso, locum Walciodorensem monachi Hasterienses adeant, et ipsis in ejusdem loci capitulo cum Walciodorensi conventu congregatis et auditis omnium sententiis, eum, quem secundum Dei timorem et canonicam auctoritatem Walciodorensis conventus elegerit, fratres Hasterienses benigne recipiant; Walciodorensi quippe cenobio liberam electionem

Digitized by Google

et quietam Hasterie renovavit possessionem. Ejusdem itaque predecessoris nostri piis in hoc vestigiis inherentes, hanc ipsius institutionem ratam habentes, approbamus et eam presentium auctoritate tam vobis quam vestris amodo posteris confirmamus, statuentes et sub anathemate prohibentes, ne cui liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, usque ad congrue satisfactionis exhibitionem cum Dathan et Abyron, quos terra vivos absorbuit, accipiat portionem.

Datum Mettis per manum Wilelmi, cancellarii nostri, anno Dominice Incarnationis m° cc° secundo, pontificatus nostri anno xx° iii°, indictione v^a^, epacta xxv^a^, concurrente primo anno.

Original sur parchemin, avec fragments de sceau, aux Archives de l'État, à Namur.

XXVII.

Libert, abbé de Waulsort, autorise un religieux de son monastère à racheter l'engagère des dîmes de Gérin et de SUMMERUOLES.

1203.

In nomine sancte et individue Trinitatis Ego LIEBERTUS, Dei gratia Walciodorensis abbas, et conventus, per presentis scripti seriem notum facimus universis, quod Nicolaus quidam de Jodiun, pio afflatus desiderio, religiose vite tramitem aggredi cupiens, nostram Walciodorensem ecclesiam, ut in ea, quod ante tam pio mentis affectu preconceperat, de voto compleret effectu, humiliter expetiit. Nos vero, postquam, ipso referente, desiderium ejus comperimus, veluti fraterna karitas exigebat, ei nostre societatis consortium benigne concessimus. Ipse autem quandam decimam, que nostri juris est in villa de Gerin, invadiatam esse comperiens, ex viginti duabus libris

Digitized by Google

alborum redemit, quam ad supplementum prebende sue omni, quoad vixerit, tempore, tenere concessimus ; eritque deinceps in potestate ipsius de ea, quod voluerit, faciendi. Contulit idem nobis in elemosinam ex sua hereditate novem bonuaria terre in villa de Luncchamp ; quam videlicet terram, si quis propinquorum suorum processu temporis calumpniaverit seu jure propinquitatis sibi vindicare voluerit, dabit ecclesie quindecim marcas namucensis monete ; et sic terram illam cum pace possidebit. Summa vero pecunie, sicut et terra, si eam ad ecclesiam remanere contigisset, in arbitrio et voluntate ipsius, quamdiu vixerit, erit. Concessit ei etiam ecclesia quandam sui juris decimam redimere in vico Summeruoles dictam, quam ei tenere nichilominus concedit, sicut eque superius memorata fuit.

Testes hujus rei sunt : Theodericus, dominus de Fen, advocatus. De fratribus ecclesie : Walterus, prior ; Warnerus, custos ; et Warnerus, prepositus ; Walcherus, cantor.

Actum publice in nostro capitulo anno Verbi Incarnati m° cc° iii°, indictione vi.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXVIII.

Jacques, archidiacre de Liége, concède la dîme d'un endroit nommé Angunval *à Théobald de Sart et à l'épouse de celui-ci.*

1204.

Ego Jacobus, Leodiensis et Laud... archidiaconus, omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus, quod nos, de assensu fratris nostri domini Clarembaldi de Alta Ripa, Theobaldo de Sarto et uxori ejus, et successoribus suis, decimam de Angunval concessimus perpetuo jure possidendam, hac

Digitized by Google

interposita conditione, quod duas partes prefate decime, quociens predicta vallis erit decimalis, exsolvet ecclesie de Hoit; terciam vero partem prenominate decime predictus Th. vel ejus successor habebit causa laboris, quem in coadunatione decime sustinebit. Ceterum, ne alicui omnino hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere, sigilli nostri appensione illam curavimus communire.

Actum anno Verbi Incarnati m° cc° iiii°.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXIX.

Innocent III délègue l'abbé de Brogne et les doyens de Saint-Jean et de Saint-Denis, à Liége, pour régler certaines difficultés survenues au sujet de la sujétion du prieuré d'Hastière vis-à-vis de l'abbaye de Waulsort.

8 janvier 1204.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Broniensi, sancti Joannis in insula Leodiensi et sancti Dionisii, Leodiensis diocesis, decanis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum A. et F., procuratores monasteriorum Walciodorensis et Hasteriensis, pro questione, que vertitur inter ipsa monasteria super subjectione Hasteriensis monasterii et quibusdam aliis ad Sedem Apostolicam accessissent, nos eis dilectos filios, H., sancti Martini presbiterum, et G., sancti Adriani diaconum cardinales concessimus auditores, Coram quibus proposuit Walciodorensis monasterii procurator, quod cum Eilbertus, quondam comes de Ribermont, monasterium Walciodorense pia devotione fundasset, in eo sub regula beati Benedicti monachis institutis, et bonae memoriae Theodericus, tunc Metensis episcopus, jus patronatus ejusdem monasterii concessisset, illustris memoriae Ottonis,

Digitized by Google

tunc Romanorum imperatoris accedente consensu, idem episcopus bona ipsius monasterii cupiens ampliare, quandam villam, Hasteriam nomine, quam jure hereditario possidebat, Walciodorensi monasterio concessit in perpetuum libere possidendam. Et hanc donationem felicis recordationis Benedictus septimus, Eugenius tertius, Adrianus, predecessores nostri, Romani Pontifices et clarae memoriae Otto, Lotarius et Fridericus, Romanorum imperatores, Walciodorensi monasterio in suis privilegiis confirmarunt; in quibus, quod Hasteria cum omnibus pertinentiis suis sit propria possessio Walciodorensis monasterii, apertissime continetur. Postmodum vero abbas, qui tunc erat Walciodorensis, quosdam de suis monachis in Hasteriam destinavit, ut ibi sub obedientia et subjectione abbatis Walciodorensis monasterii, quod est eidem villa proxima vicinitate conjunctum, sub uno sigillo et sub uno capitulo Domino deservirent. Et sic a tempore predicti Benedicti, praedecessoris nostri, usque ad haec tempora, Walciodorensis abbas Hasteriam quiete possedit. Sed Hasterienses monachi de novo quendam locum, quem vocant capitulum, construxerunt et, facto sigillo sine licentia Walciodorensis abbatis, contra ipsam ecclesiam suam calcaneum erexerunt, et contra praedictorum privilegiorum tenorem debitam obedientiam et reverentiam ei denegant exhibere; et ad tuitionem suae libertatis quasdam litteras, manifeste falsas, quas a bonae memoriae Clemente papa, praedecessore nostro, se impetrasse dicebant, in medium produxerunt, quarum tenorem venerabilis frater noster, Metensis episcopus, nobis sub suo sigillo transmisit. Quae cum falsitatis essent ab eodem episcopo redargutae et tractaturi super premissis Walciodorenses et Hasterienses essent in ejusdem episcopi praesentia constituti, Hasterienses ante litis ingressum Sedem Apostolicam appellarunt et, appellatione pendente, abbatem Walciodorensem jure, quod habet in Hasteriensi ecclesia et ejus pertinentiis, per violentiam et potentiam suam non sunt veriti spoliare. Propter quod pro-

Digitized by Google

curator Walciodorensis abbatis eidem restitutionem fieri postulavit. Super hiis autem omnibus supradictus Metensis episcopus testimonium suum perhibuit per litteras nostro apostolatui destinatas. Contra vero procurator Hasteriensis monasterii affirmare curavit, quod idem monasterium constructum fuit a comite Widerico, et ipsum conventuale fuisse, sicut nunc est, longe antequam esset monasterium Walciodorense constructum. Praefatus vero comes jus patronatus, quod habebat in illo, ecclesiae Metensi concessit. Postmodum autem, cum comes Eilbertus in loco nimis arto Walciodorense monasterium construxisset, jure patronatus ecclesiae Metensi concesso, et monachi Walciodorenses ad pascua, ad agros, ad molendina, ad aquas et ad silvas nisi per terram Hasteriensis ecclesiae transitum habere non possent, foedus cum monachis Hasteriensibus inierunt, quod unum abbatem et nihil aliud commune haberent, ita quod in illa ecclesia, in qua mori contingeret illum abbatem, abbatis fieret electio subrogandi. Et ita fuit multis temporibus observatum, ita tamen, quod utraque ecclesia suis possessionibus erat contenta. Sed Hasterienses primam vocem in electione abbatis habebant, et abbas in praecipuis festivitatibus ibi tenebatur de necessitate solemnia celebrare. Contigit autem Robertum, abbatem, apud Hasteriense monasterium sepeliri, cui cum P., Hasteriensis praepositus, substitutus et apud Hasteriense monasterium fuisset electus, ipse videns praedictam confoederationem esse nocivam, a felicis recordationis Alexandro papa, predecessore nostro, privilegium impetravit, ut liberam electionem abbatis haberent. Quo defuncto et in Hasteriensi ecclesia tradito sepulturae, Liebertus, qui se dicit esse Walciodorensem abbatem, a priore et monachis Hasteriensibus sine controversia fuit in abbatem Hasteriensem electus, praesentibus monachis Walciodorensibus, qui nec contradixerunt in aliquo, nec se aliquid jus habere in electione dixerunt. Adjecerunt tamen, quod eundem L. similiter praefici monasterio suo volebant. Et post-

Digitized by Google

modum, elapso quatuordecim annorum spacio, Walciodorenses monachi in praesentia Mettensis episcopi Hasterienses traxerunt in causam, et ab eodem episcopo praedictus L. requisitus confessus est, quod Walciodorenses et Hasterienses nihil habebant commune. Dixit etiam publice, quod contra monachos Hasterienses nihil agere disponebat; sed postmodum coram Mettensi episcopo eos traxit in causam. Unde ipsi, metuentes domus suae oppressionem et gravamen episcopi, eundem L. ad Sedem Apostolicam super criminibus appellarunt, res domus suae sub apostolica protectione ponentes. Sed ipse, appellationi non deferens, Hasteriensem ecclesiam rebus suis spoliare praesumpsit, officiales ecclesiae quosdam destituens et quosdam instituens; qui etiam Hasteriensi ecclesiae multa damna non timuit irrogare. Venerabilis quoque frater noster Leodiensis episcopus Hasteriense monasterium supposuit interdicto. Quia vero super praemissa nobis non potuit fieri plena fides, causam ipsam de ipsorum procuratorum consensu vobis duximus committendam, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus tam super restitutione facienda utrique monasterio et relaxatione interdicti quam super aliis, quae hinc inde proposita fuerint, inquiratis diligentius veritatem, et utriusque partis rationibus intellectis, si de partium fuerit voluntate, diffinitivam sententiam proferatis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari. Alioquin causam sufficienter instructam sub sigillis vestris ad nos transmittere procuretis, assignantes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui repraesentent, sententiam recepturae. Praeterea praedictis super litteris, quarum[1] ex tenore ipsarum, si rescriptum, quod sub bulla nostra vobis mittimus interclusum, originali concordat, falsas esse cognovimus evidenter, per quem fuerunt et qualiter impetratae, et si Hasterienses uti praesump-

[1]) *Quarum*, lisez *quas*.

Digitized by Google

serunt eisdem, studeatis veritatem diligentius indagare, et certitudinem nobis super hoc per vestras litteras intimare minime differatis. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per districtionem ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis perhibere testimonium veritati; quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Anagniae, vi idus januarii, pontificatus nostri anno sexto.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXX.

L'abbaye de Waulsort vend à une dame nommée Tiescela *et native de Waulsort le moulin situé vis-à-vis de la porte de Meuse du monastère, sur la rive opposée du fleuve.*

1206.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. W., divina miseratione dictus abbas, et conventus Walciodorensis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Nulli dubium est ea, que utiliter et opportune fiunt, futurorum noticie facilius commendari, si litteris diligenter conscripta sapientium prudentia conserventur. Quod nos considerantes, presenti scripto scire volentibus innotesscimus (*sic*), quod quedam mulier, Tiescela nomine, ville Walciodorensis indigena, tempore predecessoris nostri, bone memorie, domni Roberti, abbatis, sibi et filiis Fulberto et Anselmo, et heredibus eorum, in perpetuum quoddam molendinum, quod est situm ante januam monasterii littus Mose respicientem, trans ripam ipsius fluminis, presente et assentiente conventu, in tali forma acquisivit. Solvuntur pro molendino jam dicto in Pasca Domini et in festo beati Remigii per singulos terminos sex solidi valentis

Digitized by Google

monete a sepe fatis hominibus custodi ecclesie Walciodorensis; ad Natale vero Domini iiii^{or} capones, et totidem foatie[1], cum sextario vini xii nummorum. Que omnia, si dicti homines Fulbertus et Anselmus, et heredes eorum, infra xv dies post predictos terminos non solverint, ipsi se hujus jure hereditatis spoliabunt, abbate et conventu molendinum resailiente (*sic*). Placuit et, ut absque prejudicio ceterorum, qui ex ipsis major natu fuerit, de molendino investiatur. Nos igitur, cum aliud molendinum, quod apud Ranle quondam fuerat, restruere intenderemus, memorati homines rogaverunt, ut, illo omisso, nostra potius seges in nuper a se acquisito, ut jam pretaxavimus, molendino, omni deinceps tempore, omni occasione seu dilatione postposita, quotienscumque necesse fuerit aut expedierit, pro dimidia molitura molatur, aliis[2] in pretium laboris cedente. Quod nos justum reputantes, annuente conventu, benigne annuimus. Ut autem hec constitucio a nobis, ut jam prelibatum est, roborata et renovata stabilis et inconvulsa semper permaneat, istud fieri scriptum voluimus et tam nostro proprio quam sigillo capituli Walciodorensis munire precepimus.

Huic autem actioni testes multi adfuerunt et idonei : Walterus, prior Walciodorensis; Warnerus, custos; Walcherus, Balduinus de Fineval, et hujus scriptor scedule Johannes, scolaiticus (*sic*).

Actum publice in capitulo Waltiodorensi, anno ab Incarnatione Domini m^{o} cc^{o} vi^{o} concurrente vi^{o}. †.

Original sur parchemin, un des deux sceaux enlevé, l'autre, celui de l'abbé, en bon état, aux Archives de l'État, à Namur.

[1]) *Foatia*, *foassa* ou *focacia*, en vieux français *fouasse* et *fouaiche*, *pain cuit sous la cendre*.

[2]) *Aliis*, lisez *alia*.

Digitized by Google

XXXI.

L'abbaye de Waulsort fait l'acquisition d'un bien allodial situé à Onhaye.

1207.

I., Dei gratia decanus Novi Castri super Axonam fluvium, omnibus harum seriem litterarum legentibus salutem in Domino. Noverint universi, quod Johannes de Nisiaco et soror ejus Margareta, asentiente et volente viro suo Lamberto, dederunt in elemosinam ecclesie beate Marie in Walciodoro allodium suum, quod hereditario jure possidebant apud Honhiam, villam sic dictam, pro salute anime sue et parentum suorum.

Actum est autem hoc in villa de Nisi, in presentia nostra et domini Rainal, decani de Suvigni, cujus sigillo, nos proprium nondum habentes, presens scriptum muniri fecimus ; et Roberti, presbiteri de Nisi, et domini Hillini, militis, fratris domine Gele, nobilis de Honhaia, et Harnulfi, castellani de Nisi, et aliorum, anno Verbi incarnati m° cc° vii°.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXXII.

Accord conclu entre l'abbaye de Waulsort et un clerc nommé Clément touchant la posession de certaines terres et du cours d'un ruisseau à Falmignoul.

Novembre 1210.

M. de Lagerio (?), Obertus et Balduinus junior, canonici Remenses, omnibus presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod, cum coram nobis auctoritate apostolica Clemens, clericus, precantorem abbatis

Digitized by Google

de Walciodoro, super quibus[dam] terris impeteret, sitis in territorio de Falemignuele, quas pater ejusdem possederat, et super cursu aque de Falemignuele, tandem inter ipsos ita amicabiliter fuit compositum, quod dictus clericus et ejus successores terras illas propriis sumptibus omnino excolent, et de fructibus earumdem terciam partem reddent ecclesie memorate; et si forte deficeret, quod dictus clericus vel successores ejusdem terras non excoleret memoratas, ecclesia jam dicta terras saisiret, et pro sua voluntate terras excoleret easdem. Super cursu vero aque ita composuerunt inter se : quod ratione cursus dicta ecclesia in festo beati Remigii in perpetuum duobus hominibus semel in die victualia decenter et honorabiliter ministrabit; conferet eciam eadem ecclesia dictis hominibus in festo Purificationis beate Virginis duas candelas, si eos ad ecclesiam venire contigerit memoratam. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillis nostris fecimus consignari.

Actum anno gratie m° cc° decimo, mense novembri.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXXIII.

Philippe le Noble, marquis de Namur, donne les dîmes de Vedrin aux vicaires du chapitre de Saint-Aubain à Namur, celles de Biesme-Colonaise aux prébendes du même chapitre, deux tiers de celles d'Onhaye pour le luminaire autour de sa propre sépulture, et le tiers restant à l'ermitage de Marlagne.

1212.

Conradus Villariensis, Balduinus Cambe[rone]nsis, Nicholaus Marchiensis et Reinerus Valencinensis Dei gratia abbates, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris. Noverit universitatis vestre discretio, quod, cum vir illustris Phillippus, bone memorie, marchio Namucensis, infirmitati

Digitized by Google

succumbens, sana tamen vigens conscientia, testamenti sui nos procuratores et executores constituisset, decimas omnes tam majores quam minutas, quas possidebat, in manus nostras libere et absolute resignavit, conferendas ecclesiis in elemosinam perpetuam, saniore, qua possemus, ordinatione. Nos itaque decimas culturarum suarum de Vendreng assignavimus vicariis, quos ipse marchio in ecclesia sancti Albani instituerat. Decimas autem culturarum et pratorum suorum apud Bevena, que Coloniensis dicitur, assignavimus prebendis sancti Albani. Unde ipsa ecclesia assiduum lampadis et olei luminare adimplebit ad sepulchrum ipsius marchionis. Decimarum vero omnium tam majorum quam minutarum de Onhaia duas partes predicte ecclesie sancti Albani convertendas annuatim in celebrationem anniversarii pro anima satis dicti marchionis perpetuo recolendi, distribuendas quidem eis, qui anniversario interfuerint; et in distributione illa canonici duas partes, vicarii vero terciam partem habebunt. Terciam vero partem illarum decimarum de Onhaia assignavimus capelle heremi in Mallania, ad usus sacerdotum ibidem Deo famulantium. Ut autem hoc ratum habeatur, presenti scripto et sigillis nostris id roboramus.

Actum anno Verbi Incarnati m° cc° duodecimo.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXXIV.

Pierre de Courtenai, marquis de Namur et comte d'Auxerre et Yolende, son épouse, donnent à l'abbaye de Waulsort les dîmes d'Onhaye.

Mars 1213 (nouveau style).

Ego Petrus, marchio Namucensis et comes Autissiodorensis et Tornodrensis, et ego Yolendis, marchionissa et comitissa, notum facimus universis presentibus et futuris,

Digitized by Google

quod abbas ecclesie beate Marie de Vaucerre quittat nobis quicquid jam dicta ecclesia habet in foresta de Biers; et nos prefate ecclesie pro salute animarum nostrarum, pro anniversario nostro in eadem ecclesia singulis annis faciendo, quitamus bona fide et concedimus omnes decimas de Heinhaie post decessum dilecti nostri Gerardi de Sancto Auberto pacifice possidendas. Quod, ut ratum sit in perpetuum et inmotum, presentem cartam sigillorum nostrorum testimonio volumus confirmari.

Actum apud Bovines, anno gratie m° cc° xii°, mense martio.

Original sur parchemin, avec deux sceaux et contre-scels, aux Archives de l'État, à Namur.

XXXV.

Gérard, seigneur de Saint-Aubert, donne à l'abbaye de Waulsort, pour en jouir après son décès, toutes les dîmes qu'il possède à Onhaye.

Mars 1213 (nouveau style).

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego Gerardus, de Sancto Auberto dominus, quito bona fide et in perpetuum concedo post decessum meum ecclesie beate Marie de Wauchorre omnes decimas de Onhaia pro salute anime mee possidendas et pacifice habendas. Quod, ut ratum sit et firmum, presentem cartulam sigilli mei testimonio confirmavi.

Actum apud Bovines, anno gratie m° cc° duodecimo, mense martio.

XXXVI.

Gui, chanoine de ....., donne à l'abbaye de Waulsort, du consentement de son frère Milon, chevalier de Neuve-Ville, la part qu'il possédait dans la dîme de Gedinne.

Février 1215 (nouveau style).

Viro venerabili et in Christo karissimo abbati et conventui

Digitized by Google

de Waucorre, P., decanus et capitulum Rosetensis salutem et sinceram in Domino karitatem. Sinceritati vestre notum facimus, quod Guido, concanonicus noster, partem decime, quam habebat apud Juddine, ecclesie de Waucorre fideliter in perpetuum in elemosinam largitus est, et Milo, frater ejusdem, miles de Nova Villa, in presentia nostra constitutus, huic donationi fidelem prebuit assensum. In hujus rei testimonium presentes litteras sigillo ecclesie Rosetensis roboratas emisimus.

Actum anno Domini m° cc° quarto decimo, mense februarii.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXXVII.

Hugues de Pierrepont, évêque de Liège, confirme les religieux de Waulsort dans la possession de la dîme d'Onhaie.

29 mars 1216 (nouveau style).

In nomine sancte atque individue Trinitatis, amen. Hugo, Dei permissione Leodiensis epyscopus. Noverint universi posteri ac presentes, ad quorum noticiam presens kartula deferetur, quod abbas ecclesie Walciodorensis viro nobili Petro, marchioni Namucensi et comiti Autisiodorensi atque Tornodrensi, ac uxori ejus domine Yolendi quitavit quicquid juris predicta ecclesia in foresta de Biers actenus habuerat ex antiquo, sicut nobis constitit per litteras antedicti abbatis. Prefati vero Petrus, marchio Namucensis, et uxor ejus Yolendis, sicut et ipsi per litteras, quas suorum sigillorum munimine munierant, fidem nobis fecerunt, pro salute sua et pro suo anniversario in ipsa ecclesia singulis annis in perpetuum faciendo, fide bona ipsi ecclesie quitaverunt et libere in elemosinam contulerunt omnes decimas de Unhaie post decessum viri nobilis Gerardi de Sancto Auberto pacifice possidendas. Gerardus etiam memo-

Digitized by Google

ratus, sicut et ipse per suas literas protestatus est coram nobis, quicquid juris in eadem decima de Unhaie se actenus habuisse dicebat, ecclesie sepe dicte quitavit et in pace perpetuo possidendum donavit. Ipsa vero ecclesia ipsi Gerardo fructus ipsius decime, quoad vivet, percipiendos concessit, tali conditioni interposita, quod tam possessione quam etiam perceptione fructuum perpetua post obitum Gerardi prefati gaudebit. Ut igitur de premissis venture posteritati veritas innotescat, ad ipsius ecclesie preces humiles ac devotas, nostri appensione sigilli kartulam decrevimus communire, presentem prefate donationem decime, sicut pie facta est, confirmando, sub interminatione anathematis inhibentes districte, ne quis ecclesiam sepe fatam de ipsa decima in posterum perturbare presumat. Quicumque autem facere hoc audebit, iram tremendi judicis et eterne maledictionis sententiam non evadat.

Actum Leodii, anno gratie m. cc xv, iiij kalendas aprilis.

Original sur parchemin, avec sceau représentant un évêque assis, Légende : ... GO DEI GRATIA LEO ... PISCOPUS, (le contrescel représente un oiseau), aux Archives de l'État, à Namur, où il existe encore une autre copie de ce document.

XXXVIII.

Gérard, seigneur de Saint-Aubert donne la dîme d'Onhaye à l'abbaye de Waulsort.

Mai 1216.

Ego GIRARDUS, de Sancto Oberto dominus, universis presentibus ac futuris notum fieri volo, quod intuitu karitatis et elemosine ac pro redemptione anime mee et predecessorum meorum, omnem decimam, sicut a domino Namucensi marchione in feodo in parrochia Hunhaye penitus tenebam, ecclesie Walchiodorensi libere et absolute perpetuo possidendam in elemosinam contuli. In hujus rei testimonium et ne in pos-

Digitized by Google

terum aliqua inde possit oriri calumpnia, dicte ecclesie presentem cartam meam sigilli mei impressione munitam dignum duxi habendam.

Actum anno gratie m° cc° sexto decimo, mense maio.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XXXIX.

Le Souverain Pontife Honorius III confirme le monastère d'Hastière dans la possession de ses biens.

16 mars 1217.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Hasteriensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium sancte Marie Hasteriensis, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus : specialiter autem villam Hasteriensem, de Nodenbais, Cise[1], de Busco et de Capella sancti Laurentii, curtes cum domibus et omnibus pertinentiis earundem; possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio autoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis

[1]) *Cise*, aujourd'hui *La Chise*, sous Piétrebais, autrefois grande ferme appartenant au prieuré d'Hastière.

Digitized by Google

et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Laterani, xvii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Original sur parchemin, sceau en plomb, aux Archives de l'État à Namur.

XL.

Le chapitre de Saint-Quentin (Somme) informe les religieux de Waulsort qu'un certain Simon nommé Bodevant est excommunié et leur demande de vouloir dénoncer publiquement cette excommunication.

Sans date (XIII siècle).

Venerabilibus viris et in Christo dilectis abbati et priori de Vatiorria magistri WERRICUS, scolasticus, et GEROUDUS, thesaurarius, et HERMERUS DE ATREBATO, canonici sancti Quintini, salutem in Domino. Noverit discretio vestra, quod nos Symon cognomine Bodevant, fratrem Jacobi clerici, presentium latoris, fecimus excommunicatum publice denuntiari per totos decanatus de Maceriis[1] et de War..... pro eo, quod in dictum clericum manus violentas injecit et res suas contra jus detinet et reddere contradicit. Nostris vero auribus est relatum, quod ad decanatum de Orcimonte[2] transiit, et ibi moram facit cum uxore sua ac familia. Quare vobis auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa mandamus in virtute obedientie, sub pena suspensionis precipiendo districtius injungentes, quatinus dictum sacrilegum per totum decanatum de Orcimonte sollempniter in facie ecclesie singulis diebus dominicis ac fes-

[1]) *Maceriae*, Mezières.
[2]) *Orcimons*, Orchimont.

Digitized by Google

tivis precipuis, candelis accensis, pulsatis campanis, excommunicatum denunciantes, faciatis incessanter ab omnibus arctius evitari. Accedatis etiam personaliter ad dominum Jacobum, nobilem virum de Orcimonte, cui, diligenti ammonitione premissa, ex parte nostra firmiter injungatis et districte, ut sepedictum Symon infra vii dies post susceptionem litterarum nostrarum amoveat a terra sua et expellat, alioquin personam ipsius Jacobi excommunicetis, et quamcumque villam intraverit, quamdiu in ea moram fecerit, interdicti sententie subiciatis, sicut fecimus de comite Registensi et comite Ludivisco. Eadem etiam auctoritate vobis injungimus, quatinus citetis peremptorie decanum de Givel, ut in crastino Assensionis Domini apud sanctum Quintinum compareat coram nobis, dein obedientia satisfacturus et dicto J. ad obicienda responsurus. Et si litteras nostras presentes penes vos volueritis retinere, faciatis illas transcribi et sigillo vestro munitas porrigi presentium latori. Quicquid autem super hiis feceritis, sub sigilli nostri noticia per certum nuntium nobis rescribatis, scientes, quod in hoc mandatum nostrum, immo apostolicum, efficaciter curaveritis adimplere; de inobedientia vestra et de expensis pauperis clerici vos condempnabimus, et si ambo hiis exequendis non poteritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État à Namur.

XLI.

Le Souverain Pontife Honorius III confirme les religieux de Waulsort dans la possession des églises de Waulsort et de Falmagne, et des dîmes d'Onhaye.

21 avril 1218.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancte Marie in Walciodoro

Digitized by Google

salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium ipsum, in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, que in presentiarum rationaliter possidet aut in futurum iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus : specialiter autem de Walciodoro et de Falmagne ecclesias, et decimas de Onhaye, quas de concessione venerabilis fratris nostri Leodiensis episcopi, diocesani vestri, estis canonice assecuti, ac alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio authoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Laterani, xi kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

Original sur parchemin, sceau en plomb, aux Archives de l'État, à Namur.

XLII.

Jacques, archidiacre de Liége, confirme aux abbés de Waulsort l'incorporation de la cure de Waulsort.

1218.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint omnes presentes et futuri, quod ego Jacobus, Dei gratia Leodiensis ecclesie archidiaconus, presbiteratum et curam Walciodorensis parrochie Walthero, venerabili jam dicti loci abbati,

Digitized by Google

suisque successoribus, in perpetuum commisi et presenti scripto confirmavi, ea videlicet ratione, ut, que episcopalis juris sunt, abbas per se expediat; que vero ad animarum curam pertinent, per vicarium sum expleat.

Actum et concessum est Leodii, anno gracie m° cc° xviii°.

Original sur parchemin, avec fragment de sceau, aux Archives de l'État, à Namur.

XLIII.

Thierri de Faing, chevalier, donne à l'église de Waulsort soixante sols de rente, à percevoir annuellement sur l'impôt qui lui était dû pour la sûreté des chemins et l'exportation des marchandises.

1218.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Theodericus, miles de Fen, advocatus ecclesie Walciodorensis, ut beatam Matrem Domini, que in illa celebratur, advocatam pro peccatis meis habere valeam, eidem ecclesie dedi in elemosinam sexaginta solidos reditus super winagium meum quolibet anno recipiendos, hoc retento, quod si heres meus in alio loco competenti reditum tanti valoris dicte ecclesie assignaverit, winagium[1] liberabitur.

Hanc elemosinam statui anno gratie m° cc° xviii, consencientibus uxore mea domina Ida et Heribrando, domino hujus feodi, et sigillo meo confirmavi.

Original sur parchemin, avec sceau, aux Archives de l'État, à Namur.

[1]) Le mot *winagium* a différentes significations. Il s'appliquait en général à toute espèce de droit et de taxe. Il s'employait spécialement pour désigner l'impôt payé au seigneur pour la sûreté des chemins, le droit sur le vin, sur les marchandises passant par les terres d'un seigneur et sur celles montant ou descendant un cours d'eau.

Digitized by Google

XLIV.

Gobert, chevalier, seigneur de Bioulx, Hugues, chevalier, seigneur de Florenne, et Yolende, dame de Hierges, déclarent que Gilles, chevalier, seigneur de Hierges, a laissé en aumône à l'abbaye de Waulsort vingt sols de blancs à percevoir annuellement sur les moulins de Hierges et de Vaucelles.

1219.

Ego Gobertus, dominus de Bivel, ego Hugo, miles, dominus de Florines, ego Yolendis, domina de Hirgia[1], notum facimus presentibus et futuris, quod dominus Egidius, miles, dominus de Hirgia, in supremo spiritu constitutus, ad admonitionem nostram tradidit in elemosinam ecclesie beate semper Virginis Marie monasterii Walciodorensis annuatim xx solidos alborum infra viginti dies Nativitatis Domini persolvendos; quorum solutio assignata est in duobus molendinis de Hiergia et de Valcellis. Si autem ab uno solvi nequerint, in alio nichilominus accipientur. Instituit autem ecclesia patris sui et ipsius anniversaria sollemniter devote perpetuo celebrari.

Actum anno gratie m. cc. xix.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

XLV.

Sentence arbitrale au sujet de certaines possessions.

7 décembre 1223.

Nos J[ohannes], abbas Floreffiensis, J., decanus Cimacensis, et magister G. de Osterode, canonicus Dionensis,

[1]) *Hierges* ou *Hierches*, localité située en France, entre Givet et Fumay.

Digitized by Google

notum facimus omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, quod, cum causa verteretur inter abbatem et conventum de Wachoire, ex una parte, et nobilem virum R. de Cimaco, ex altera, coram abbate Leffliensi et preposito Dionensi, auctoritate ordinaria, super possessionibus Gonselini de Dalhies defuncti, post multas altergationes, partes, fide data, sub pene stipulatione, nostro se subdiderunt arbitrio, ita ut, quod inde ordinaremus compositione vel judicio, ratum et firmum haberetur. Nos vero, habita deliberatione, veritate diligenter inquisita, testibus receptis, attestationibus inspectis, die assignata ad arbitrandum, de bonorum virorum consilio, quoddam nemus, quod fuit predicti Gosselini defuncti, situm in bosco de Fangnes, sententialiter adjudicavimus domino R. de Cimaco tenendum, sicut longe ante retro possederat. Reliquas vero possessiones, videlicet prata, terras cultas et incultas, domos, ortos et pomeria, census, capones et annonam (?), adjudicavimus abbati et conventui Walciodorensi, salvo censu et reditu domini R. de Cimaco, si alique res ex predictis rebus sint ei censuales vel redditive. Ut autem hoc ratum et firmum maneat in posterum, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboravimus.

Actum anno gratie m° cc° xx° iij°, Fossis, in octavis sancti Andree.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

XLVI.

Thomas, abbé de Brogne, autorise l'héritier de Gilles de Dinant à céder au prieuré d'Hastière des terres situées à Gochenée (?), *moyennant certaines redevances en faveur de son abbaye.*

Mars 1224 (nouveau style).

Ego Th[omas], Broniensis abbas, et conventus humilis omnibus, ad quorum noticiam presens pagina devenerit, no-

Digitized by Google

tum facimus, quod heres Egidii Dionensis, cognomine ... taille, terram, quam apud Goseigneis hereditario jure possidebat et que ad juriditionem nostram spectabat, ad opus Hawidis, uxoris Theoderici de Insula, in manus nostras libere reportavit. Jam dicta vero Hawidis terram predictam in manus nostras absolute reportavit et ecclesie Hasteriensi, de consensu nostro, totaliter in elemosinam contulit, censu tamen in predicta terra ecclesie nostre reservato, videlicet decem et novem deneriis et obolo de eadem moneta, quem censum ville de Goseignies persolvent, nobis et ecclesie persolvendis.

Actum anno Domini m° cc° vicesimo tercio, mense martii.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

XLVII.

L'abbaye de Waulsort et le chapitre de Saint-Aubain, à Namur, promettent de se conformer à la sentence arbitrale qui sera prononcée, touchant la possession des dîmes d'Onhaye, par le doyen de Saint-Jean et le cellérier de Saint-Paul, à Liége.

1224.

Nos, abbas et conventus de Wacore, Th., prepositus, decanus et capitulum sancti Albani in Namuco, notum facimus per hoc scriptum, quod super causa, que vertitur inter nos super decima de Unhaie, quam possedit vir nobilis dominus G[erardus] de Sancto Auberto, et dampnis occasione ejus illatis et toto negotio, promisimus nos stare ordinationi et dicto discretorum virorum decani sancti Johannis et cellerarii sancti Pauli in Leodio, sub pena c librarum alborum et sub periculo totius cause, ita quidem, quod nos instrumenta nostra super omnibus premissis exibebimus jam dictis decano et cellerario; ipsi vero de plano, prout melius poterunt et omni modo, sicut voluerint, veritate inquisita, de plano component, si pote-

Digitized by Google

runt, inter nos de voluntate et conscientia nostra. Si vero nequiverint, per sententiam de plano terminabunt negotium; vel, si melius eis videbitur, et post consensum nostrum componendo dictum suum de plano proferent. Nos vero compositionem eorum et sententiam seu etiam dictum observabimus sub pena memorata. Ut autem hoc ab ipsis possit liberius expediri, retinuerunt sibi jurisditionem eis a domno episcopo Leodiensi datam; quam cum haberent quoad cognitionem et decisionem dampnorum, prorogamus quantum ad principale negotium, ut ipsam exercere valeant cum arbitraria potestate, obligantes nos ad hoc sub pena prescripta.

Acte sur parchemin, aux Archives de l'État, à Namur.

XLVIII.

Sentence arbitrale adjugeant à l'abbaye de Waulsort la moitié des dîmes d'Onhaye.

11 septembre 1224.

In nomine Domini, amen. Cum inter capitulum Walciodorense, ex parte una, et capitulum sancti Albani in Namuco, ex altera, super quibusdam dampnis, videlicet trium carrucarum et apertionis grangie de Unhaie, et viginti librarum alborum, que predictum Walciodorense capitulum dicit sibi esse irrogata a preposito de Bovigne, Hugone, occasione cujusdam questionis, quam quidam canonici et clerici et vicarii sancti Albani eidem preposito fecerant de fructibus decime de Unhaie et super medietate decime de Unhaie, tam grosse quam minute, quam possedit vir nobilis dominus Gerardus de Sancto Auberto, questio vertatur coram nobis; nos, partibus auditis, libello porrecto, coram nobis lite contesta et ordine juris per omnia observato, de consilio jurisperitorum absolvimus per sententiam diffinitivam capitulum sancti Albani ab impetitione prefati capituli Walciodorensis super

Digitized by Google

dampnis predictis, que ab eo petebat. Medietatem vero predictam decime de Unhaie tam grosse quam minute per sententiam diffinitivam capitulo Walciodorensi adjudicamus, et capitulum sancti Albani nichil juris in ea habere pronuntiamus.

Actum anno gratie m° cc° xxiiii°, die Prothi et Jacinti.

Original sur parchemin avec deux sceaux, l'un représentant un oiseau, et la légende : SECRETUM HOTONIS, l'autre un aigle nimbé.

XLIX.

Attestation concernant le prononcé de la sentence arbitrale adjugeant à l'abbaye de Waulsort la moitié des dîmes d'Onhaye.

11 septembre 1224.

Nos J., prepositus, TH., decanus, archidiaconi, totumque capitulum majoris ecclesie in Leodio, universis hoc scriptum inspecturis notum facimus, quod in causa, que vertebatur inter ecclesiam Walciodorensem, ex una parte, et capitulum sancti Albani Namucensis, ex altera, coram N., decano sancti Johannis, et O., cellerario sancti Pauli, auctoritate domini episcopi Leodiensis, iidem judices, nobis presentibus, in claustro beati Lamberti partibus convocatis, die sanctorum Prothi et Jacincti, in hunc modum sententiam protulerunt :

In nomine Domini, amen. Cum inter capitulum Walciodorense, ex una parte, et capitulum sancti Albani in Namuco, ex altera, super quibusdam dampnis, videlicet trium carrucarum et apertionis grangie de Unhaye, et viginti librarum alborum, que predictum Walciodorense capitulum dicit sibi esse irrogata a preposito de Bovigne, Hugone, occasione cujusdam conquestionis, quam quidam canonici et clerici et vicarii sancti Albani eidem preposito fecerant de fructibus decime de

Digitized by Google

Unhaie et super medietate decime de Unhaie, tam grosse quam minute, quam possedit vir nobilis dominus Gerardus de Sancto Auberto, questio vertatur coram nobis ; nos, partibus auditis, libello porrecto, coram nobis lite contestata et ordine juris per omnia observato, de consilio jurisperitorum absolvimus per sententiam diffinitivam capitulum sancti Albani ab impetitione prefati capituli Walciodorensis super dampnis predictis, que ab eo petebat. Medietatem vero predictam decime de Unhaie, tam grosse quam minute, per sententiam diffinitivam capitulo Walciodorensi adjudicamus, et capitulum sancti Albani nichil juris in ea habere pronuntiamus.

Hec acta sunt in presentia nostra, anno gratie m° cc° xxiiii°.

Original sur parchemin, avec sceau en cire rouge représentant un évêque debout. On lit autour : S ... MBER. TUS LEOD... SIS PATRONUS.

L.

Demande d'approbation faite à l'évêque de Liége pour la sentence arbitrale adjugeant la moitié des dîmes d'Onhaye à l'abbaye de Waulsort.

11 septembre 1224.

Reverendo patri ac domino H[ugoni], Dei gratia Leodiensi episcopo, N., decanus sancti Johannis, et O., cellerarius sancti Pauli in Leodio, salutem cum debita subjectione. Noverit vestra discretio, quod, cum lis esset inter ecclesiam Walciodorensem, ex una parte, et capitulum sancti Albani Namucensis, ex altera, super medietate decime de Unhaie, quam possedit vir nobilis, dominus G[erardus] de Sancto Auberto, et coram nobis, auctoritate vestra, diu esset hec questio ventilata, tandem die ad sententiandum assignata, de concilio prepositi, decani et archidiaconorum et capituli majoris ecclesie, et multorum, qui interfuerunt, et plurimorum

Digitized by Google

jurisperitorum, dictam medietatem decime de Unhaie, tam grosse quam minute, per sententiam diffinitivam ecclesie Walciodorensi adjudicavimus, capitulum sancti Albani nichil juris in ea habere pronuntiantes. Quod factum vobis per presentes litteras intimantes, a Vestra Sanctitate petimus approbari.

Actum Leodii, anno gratie m° cc° xxiiii°, die Prothi et Jacinthi.

Original sur parchemin, avec fragment de sceau, aux Archives de l'État, à Namur.

LI.

Hugues de Pierrepont, évêque de Liége, approuve le don de vingt sols de blancs, à prendre annuellement sur les moulins de Hierges et de Vaucelle, fait à l'abbaye de Waulsort, par Gilles, chevalier, seigneur de Hierges, à charge pour les religieux de célébrer chaque année son anniversaire et celui de son père[1].

1224.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus tam futuris quam presentibus eternam in Domino salutem. Quum sollicitudo nostra super ecclesias nostre juridictioni subjectas ita vigilare intendit, ut bona earum per nos augmentata recipiant et defensionem, equum est nos ea, que eis a fidelibus rationabiliter in elemosinam collata fuerint, seu que juste adquisierint, auctoritate nostra confirmare et ab oppressione violenta defensare. Proinde tam posteris quam modernis notum facimus, quod nos elemosinam ab Egidio, viro nobili de Hierges, ecclesie Walciodorensi libere et absolute factam, videlicet viginti solidos alborum, infra viginti dies Nativitatis Domini persolvendos, quorum solutio assignata est in duobus molendinis de Hirgia et de

[1]) Voyez ci-dessus, p. 65, le document n° XLIV.

Digitized by Google

Vacellis, ita quod, si ab uno solvi nequiverint, in alionic hilominus accipientur. Unde dicta ecclesia ipsius Egidii et patris sui anniversaria solemniter et devote perpetuo instituit celebrari, sicut in scripto sigillorum Goberti de Bivel, Hugonis de Florinis et Yolendis de Hirgia, appensione roborato conspeximus, approbamus et auctoritate episcopali confirmamus, sub districti anathematis pena artius inhibentes, ne quis de cetero jam dictam ecclesiam super predicta elemosina juste et rationabiliter facta molestare presumat. Ut autem hoc firmum et inconvulsum omni in posterum tempore permaneat, presentem cartulam sigilli nostri appensione dignum duximus roborare.

Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quarto.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

LII.

Hugves de Pierrepont, évêque de Liége, approuve la donation, faite par Thierry de Faing à l'abbaye de Waulsort, de soixante sols de blanc à prendre annnellement sur l'impôt qui lui était dú pour la súreté des chemins et l'exportation des marchandises.

1224.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus tam futuris quam presentibus eternam in Domino salutem. Quum sollicitudo nostra super ecclesias nostre juridictioni subjectas, ita vigilare intendit, ut bona earum per nos augmentum recipiant et defensionem, equum est nos ea, que eis a fidelibus favorabiliter in elemosinam collata fuerint, seu que juste adquisierint, auctoritate nostra confirmare et ab oppressione violenta defensare. Proinde tam posteris quam modernis notum facimus, quod nos elemo-

Digitized by Google

sinam a Theodorico, viro nobili de Faing, ecclesie Walciodorensi, de consensu Ide, uxoris sue, libere et absolute factam, videlicet sexaginta solidos alborum, quos eidem ecclesie in perpetuum super winagium suum annuatim recipiendos assignavit, quousque in alio loco competenti tanti valoris reditum dicte ecclesie assignaverit, sicut in scripto sigilli ejus appensione roborato conspeximus, approbamus et auctoritate episcopali confirmamus, sub districtu anathematis pena artius inhibentes, ne quis de cetero jam dictam ecclesiam super predicta elemosina juste et rationabiliter facta molestare presumat. Ut autem hoc firmum et inconcussum omni in posterum tempore permaneat, hanc kartulam sigilli nostri appensione dignum duximus roborare.

Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quarto.

Original sur parchemin avec sceau représentant un évêque assis, et la légende : ..... ATIA LEOD... SCOP..., aux Archives de l'État, à Namur.

LIII.

Godefroid, seigneur d'Orbais, donne à l'abbaye de Waulsort, la moitié de la dîme de Lisogne.

1228.

Ego GODEFRIDUS, dominus de Horbais, notum facio tam presentibus quam futuris omnibus presentem cartulam inspecturis, quod dominus Johannes, miles, cognomento Boteris, in extremo tempore vite sue positus et jam universe carnis viam ingressurus, elemosinarum more peccatorum suorum fervorem extingui desiderans, medietatem omnium decimarum de Liesonge, quas a me in feodo tenebat, ecclesie beate et semper Virginis Marie de Walchorre, pro redemptione animarum sui, sue conjugis, filiorum, filiarum, antecessorum successorumque suorum, in elemosinam contulit. Cum autem Godescalcus, filius ipsius Johannis, qui dicte decime heres legitimus suc-

Digitized by Google

cedere debebat, et eam a me relevasset et in feodo recepisset, tandem de consilio prudentum, ne salutem ipsius impedire videretur, ipsi elemosine benignum prebens assensum, dictam decimam per judicium meorum hominum in manus meas ad opus memorate ecclesie reportando quittavit. Hujus igitur facti particeps esse volens, pro anime mee redemptione et pro beneficiis et orationibus ejusdem ecclesie beate Marie Virginis, tam mihi et uxori mee quam animabus patris et matris mee, predecessorumque meorum perpetuo adquirendis, predictam elemosinam, videlicet medietatem omnium decimarum de Liesonge, in manus meas a dicto Godescalco reportatam, sepedicte ecclesie Walciodorensi reddidi sub testimonio meorum hominum, et presenti scripto sigillo meo sigillato, ut firmiter in perpetuum observetur, confirmavi.

Actum anno gratie m° cc° xx° octavo.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'Etat, à Namur.

LIV.

L'abbaye de Waulsort reçoit en échange, pour une propriété sise à Longchamps[1], *une rente annuelle d'un muid et demi de froment, hypothéquée sur une ferme à Lisogne.*

Février 1232 (nouveau style).

J[OHANNES], Dei pacientia abbas Floreffiensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, veritatis testimonium acceptare. Universitati vestre notum facimus, quod, cum ecclesia Walciodorensis novem bonuaria terre site apud Lonchamp ex donatione fratris Nicholai, ejusdem ecclesie conversi, fratris domini Johannis, militis, dicti Boteri, possideret et diu

[1]) Il y a plusieurs localités du nom de Longchamps; il en existe deux dans le Luxembourg : l'une près de Bastogne et l'autre près de Vielsalm.

Digitized by Google

possedisset, tali modo quod, quamdiu predictus frater Nicolaus viveret, dicta ecclesia eam pacifice possideret; ipso vero sublato de medio, si quis de cognatione ipsius, qui ei de jure succedere deberet, ad terram redire vellet, quindecim marcas Namucensis monete ipsi ecclesie persolvere teneretur; quod si non faceret, ecclesia predictam terram pacifice possideret, donec ad plenum ipsi ecclesie solutio predicte pecunie esset facta. Ipso igitur sepedicto fratre Nicolao viam universe carnis ingresso, Godescalcus, filius predicti J., militis, supradicte terre se constituit heredem; ad quod fuit receptus et admissus. Tandem inter dominum Henricum, tunc abbatem, et conventum ipsius ecclesie, ex una parte, et dominam Hadvidem, relictam predicti J., militis, et supradictum G., filium ejus, ex altera, nobis mediantibus, sic fuit ordinatum, quod sepedictus Godescalcus debet assignare supradictis abbati et conventui modium et dimidium frumenti ad mensuram Dionensem, in curte sua de Liesonge, annuatim in perpetuum, de primo et principali, quod ei solvetur, de omni frumento, quod ipsi debetur, in festo beati Martini, ita quod, si nichil ei amplius solvetur de predicto frumento quam modius et dimidius, illum modium et dimidium predicti abbas et conventus pacifice haberent et perciperent. Quod si de predicto frumento modius et dimidius non solveretur, Godescalcus vel heres ipsius quolibet anno supplere teneretur. Si vero, quod absit, predictus Godescalcus vel aliquis heredum ipsius contra istam ordinationem venire presumeret, ecclesia Walciodorensis ad supradictam terram predicto modo rediret, et eam rehaberet, et pacifice possideret, donec predicte quindecim marce ei, ut dictum est, ad plenum essent persolute, et de hoc se debet tenere ecclesia ad hereditatem sepedicti Godescalci, ubi melius ei placuerit. Quod ut hoc firmum sit et stabile et in perpetuum inconcussum permaneat, presens scriptum sigilli nostri appensione roboravimus et fecimus sigilla predictorum abbatis et

Digitized by Google

conventus cum sigillo nostro ad majorem cautelam eidem scripto apponi.

Actum anno gratie m° cc° xxx° primo, mense februario.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

LV.

L'abbaye de Waulsort assigne une rente viagère d'un muid de farine et de deux chapons, à la demoiselle Helvide, fille de Jean de Hainaut, charpentier, qui avait construit à ses propres frais la grange de l'abbaye.

Décembre 1232 et octobre 1233.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Henricus, divina providentia abbas, Johannes, prior, totusque ecclesie Walciodorensis conventus, in vero Salutari salutem. Innotescat tam presentibus quam futuris, quod nos pro edificio et opere ligneo de grangia nostra sita in curia nostra Walciodorensi, quod nobis fecit magister Johannes de Hanonia, carpentarius Dyonensis, suis laboribus et partim suis expensis, debemus singulis annis, quoad vixerit, Helvidi, filie sue, modium farine ad mensuram Dyonensem, talem, qualem nobis debet abbas et ecclesia Lefflensis, persolvendum quolibet anno eidem inter festum beati Martini et Natale Domini consequens; et duos capones similiter, unum statim percipiendum et alium post decessum damicelle Hadvidis de Dynanto. Et ipsam Helvidem, tam de modio farine quam de caponibus annuatim, prout dictum est, percipiendis, assignavimus ad abbatem et ecclesiam Lefflensem, qui nobis eos debent singulis annis super molendinum situm in Dyona ad magnum fontem, tali conditioni, quod, si ipsa Helvidis in aliquo deficeret ad molendinum, vel memorati abbas et ecclesia Lefflensis eidem, aliquo casu contingente, dictam pensionem

Digitized by Google

nollent persolvere, quod ipsa semper ad ecclesiam Walciodorensem haberet recursum, ita tamen, quod, sepedicta Helvide defuncta, dictus modius farine et duo capones, si duos, vel unum in vita sua perceperit, ad nos revertentur, et eos persolvent nobis prenominati abbas et ecclesia Lefflensis, sicuti antea faciebant. In cujus rei testimonium, ut ista pensio ejusque assignatio, prout praetactum est, a nobis successoribusque nostris firmiter et absque omni scrupulo calumpnie teneatur, et rata sit ad vitam ipsius Helvidis, presentes litteras munimine sigillorum nostrorum unanimi assensu in capitulo nostro corroboravimus; quas sepe nominate Helvidi in ipsius pensionis debite memoriam concessimus penes se habendas.

Acta sunt hec anno gratie m° cc° xxx° secundo, mense decembri.

Datum m° cc° xxx° tertio. mense octobri.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

LVI.

Jean d'Aps, évêque de Liége, confirme l'abbaye de Waulsort dans la possession du droit de patronage qu'elle avait sur les églises de Falmagne et de Waulsort.

Avril 1234.

Johannes, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis presentibus et futuris presens scriptum inspecturis, salutem et noscere veritatem. Justa postulantium vota, et precipue sub beati Benedicti regula viventium, pastorali officio suadente, debemus favorabiliter exaudire. Universitatem igitur vestram scire volumus, quod nos, considerata paupertate ecclesie Walciodorensis, Heinrico, ejusdem loci abbate (*sic*), suisque successoribus in perpetuum, et ipsi ecclesie Walciodorensi, donationes et confirmationes factas predecessoribus dicti ab-

Digitized by Google

batis et ecclesie memorate super investituris et personatibus ecclesiarum de Falemannia et de Walciodoro a bone memorie predecessoribus nostris Heinrico secundo, Alexandro et Rodulfo, quondam episcopis Leodiensibus, ratas et stabiles habemus, prout juste et canonice facte sunt, et eas presentis scripti munimine confirmamus.

Actum apud Halois, anno Domini m° cc° tricesimo quarto, mense aprili.

Original sur parchemin, avec sceau représentant un évêque assis, et la légende : JOH..... ODIENSIS... PISC..., aux Archives de l'État, à Namur.

LVII.

Accord par lequel l'abbaye de Waulsort obtient la possession pacifique d'une partie des dîmes d'Onhaye.

2 mai 1235.

FREDERICUS et ALEXANDER, canonici beate Marie Aquensis, judices a domino papa delegati, universis presentes litteras visuris eternam in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus, quod, cum Alardus, dictus Decanus, Stabulensis, coram nobis Aquis traheret in causam, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, domnum Henricum, abbatem Walciodorensem, super quadam parte allodii de Onhaie, quam idem Alardus dicebat ad se esse devolutam ex parte Aleydis, uxoris ejus, et libellus conventionalis esset editus et dies esset assignata dicto abbati ad deliberandum coram nobis super hiis in crastino Philippi et Jachobi, apostolorum, anno Domini m° cc° xxx° quinto. Tandem ipsa die pax inter dictum abbatem Walciodorensem, ex una parte, et eundem Alardum, sic fuit reformata, quod idem Alardus coram nobis in judicio comparens omni juri, quod habebat, si quod habebat, si quod umquam habuerat vel habere potuerat in allodio de Onhaia,

Digitized by Google

omni casu contingente, excepta familia, in universum cessit, et dicto abbati et ecclesie Walciodorensi sine reclamatione imperpetuum quittavit, et penitus effestucavit, perpetuo, pacifice et sine calumpnia possidendum. Cum autem istud rite factum fuerit coram nobis in judicio, ordine juris per omnia observato, ut ipsa quittatio et libera ac spontanea ejusdem allodii cessio imposterum firmum robur habeat, presentes litteras, ad petitionem ejusdem Alardi, dignum duximus roborari appensione sigilli domini predicti. Ego enim Alexander, quia proprium sigillum non habeo, usus sum sigillo dicti predicti conjudicis mei in hac parte.

Acta juditii coram nobis Aquis, dicto crastino Philippi et Jachobi, apostolorum, et dicto anno Domini, mense maio.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

LVIII.

Allard Doyen, son épouse Adelaïde, et leurs enfants renoncent, en faveur de l'abbaye de Waulsort à tous les droits qu'ils possèdent à Onhaye, celui sur les personnes seul excepté.

Mai 1235.

Fredericus, Dei gratia abbas, totusque conventus ecclesie Stabulensis, universis presentes litteras inspecturis eternam in Christo salutem. Innotescat tam presentibus quam futuris, quod Alardus, dictus Decanus, Aleydis, uxor ejus, Stabulensis, Johannes et Cholardus, filii eorum, et omnes alii heredes eorum, coram nobis et sub testimonio nostro invocato ad hoc, omni juri quod habebant, si quod unquam habuerant vel habere poterant, omni casu contingente, in allodio de Onhaia, excepta familia ejusdem allodii, in universum cesserunt, et ecclesie de Walciodoro ipsum allodium totaliter sine ulla reclamatione imperpetuum quittum clamaverunt, et peni-

Digitized by Google

tus effestucarunt perpetuo, pacifice, sine calumpnia possiden dum. Cum autem istud factum fuerit coram nobis ea sollempnitate, qua debuit fieri, ordine juris per omnia observato, ad removendam imposterum omnem malitiosam calumpniam, presentes litteras in ejusdem rei testimonium munimine sigilli nostri ad petitionem Alardi et Aleydis, uxoris ejus, Stabulensis, Johannis et Cholardi, filiorum eorumdem, et aliorum heredum ipsorum corroboravimus memorie venture posteritatis commendando.

Acta sunt hec in capitulo nostro Stabulensi, anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense maio.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

Relevé des biens de l'hôpital de Notre-Dame, a Malines, vers 1220.

L'hôpital de Malines fut fondé en l'honneur de Notre-Dame par Albert de Cuyck, évêque de Liége. Ce prélat reçut la consécration épiscopale le dimanche après l'Épiphanie de l'année 1196, et mourut le 1 février 1200. C'est donc entre ces deux dates, que la fondation eut lieu. En 1225, le pape Honorius III prit l'institution sous sa protection et, cinq années plus tard, Godefroid de Condé, évêque de Cambrai, octroya des statuts aux religieuses. Celles-ci suivaient la règle de saint Augustin, comme il résulte d'une bulle d'Innocent IV, du 2 décembre 1246, leur accordant différents privilèges, privilèges qui furent renouvelés par Clément V en 1310.

Les hôpitaux de cette époque, de même que les léproseries, étaient desservis par des frères et des sœurs. Les premiers, fort peu nombreux dans le principe, disparurent complètement vers la fin du xive siècle.

Les religieuses de l'hôpital de Malines, restées seules, avaient une supérieure appelée *dame de l'hôpital*. Elles furent réformées, en 1508, par l'évêque de Cambrai, Jacques de Croy, qui leur envoya, à cet effet, deux religieuses de l'hôpital de Bruxelles. Il prescrivit aussi de nouveaux statuts, restés en vigueur jusqu'aujourd'hui.

Primitivement, les biens temporels étaient administrés par deux *proviseurs* laïques assermentés ; ceux-ci furent remplacés, au xve siècle, par un *receveur*,

Digitized by Google

généralement prêtre, mais n'ayant aucune part dans la direction spirituelle des religieuses.

En 1517, Léon X accorda aux religieuses, aux malades et aux bienfaiteurs de l'hôpital, différentes grâces et faveurs.

Le 27 janvier 1795, la supérieure reçut l'ordre de dresser la liste des biens et des revenus de l'hôpital, et, le 21 mai 1797, tout service religieux y fut interdit. Le 8 octobre suivant, on força les sœurs de de porter des habits laïques, et ce ne fut, qu'après la publication du décret impérial, faite à Malines le 25 avril 1802, qu'elles furent autorisées à reprendre le costume religieux.

Le document que nous publions ci-dessous est écrit sur une grande feuille de parchemin. Comme l'indique la suscription, il fut commencé en 1220. Quelques passages ont été raturés dans la suite; nous les plaçons entre guillemets. Dans le courant du XIIIe siècle, on y a aussi fait quelques additions, que nous mettons en caractères italiques.

G. Van Caster.

Anno Domini m° cc° xx° fuit hec carta incepta ad compilandos redditus domus.

Elemosina hospitalis.

Noverint universi tam presentes quam posteri, quibus presens scriptum videre contigerit, quod Ratuardus de Dilia dimidium bonarium terre jacentis juxta Quercus[1] contulit in

[1]) *Quercus*, Le Chêne, endroit encore ainsi appelé aujourd'hui, et situé à deux kilomètres environ de Malines, sur la route de Gand.

Digitized by Google

elemosinam hospitali beate Marie in Machlinia ; de quo dictum hospitale tenetur annuatim obolum beato Rumoldo.

R....[1]rus, villicus, et Oda, uxor sua, particulam terre allodii jacentis juxta Quercus.

Filii Tycellini de Bodenhals iii bonaria ..... que jacent in Hansuic[2]; dimidium in Rees[3]; reliqua medietas in Hofstaden. Ex hiis tribus bonariis solvuntur annuatim ..... Antwerpienses.

Dominus Albertus, Leodiensis episcopus[4], quartam partem bonarii allodii episcopalis, super qua domus pauperum constructa est.

Walterus de Suivenghem[5] tres quartulos terre jacentis in Berbelghem[6].

Ida de Getebroc i domistadium, quod jacet in Brolio[7] ; quod solvit xiii solidos et ii capones.

[1]) Le manuscrit est lacéré en quelques endroits. Nous indiquons par des points les lacunes qui en sont le résultat.

[2]) *Hansuic* ou *Ansuic*, Hanswyck, hameau situé au sud-est de Malines, sur la rive gauche de la Dyle. Il y fut fondé, au XIIIe siècle, une communauté de chanoines réguliers de la congrégation de Sainte-Geneviève de Paris. Après les troubles du XVIe siècle, ces religieux s'établirent à l'intérieur de la ville, près de la porte de Louvain, où ils bâtirent, d'après les plans de Luc Fayd'herbe, l'église dite de *Notre-Dame d'Hanswyk*, qu'ils desservirent jusqu'à leur suppression par Joseph II en 1784.

[3]) *Rees*, nom des prairies incorporées dans la ville au XIIIe siècle et où les Augustins s'établirent en 1242.

[4]) Albert de Cuyck, évêque de Liége et fondateur de l'hôpital.

[5]) *Suivenghem*, terre située à Muysen sur les limites du Brabant et de la province d'Anvers. Le nom s'est conservé dans l'appellation de *Swyvegenshof*, donnée à la maison de campagne qui s'y trouve encore. La famille de Suiveghem avait une résidence à l'intérieur de la ville dans la rue d'Adeghem, à l'endroit occupé actuellement par le couvent des Carmélites.

[6]) *Berbelghem*, terre située au sud de la ville, à droite de la chaussée de Malines à Bruxelles.

[7]) *Brolium*, ancien quartier de la ville comprenant le Bruel actuel et le Marché-au-cuir qui a porté le nom de Vieux-Bruel jusques vers 1750.

Digitized by Google

Ivirus iii solidos Lovanienses annuatim recipiendos in domistadio suo in Brolio.

Rabbodo Craienblic xxx denarios annuatim recipiendos de dimidio domistadio in veteri Brolio.

Zvaneborch xi solidos preter ii denarios annuatim recipiendos in hereditate sua, in festo Martini.

Henricus, miles de Heysabroc[1], xviii denarios annuatim recipiendos in bono suo in Winkelem, in Natali Domini.

Oda de Hansuic viii denarios et ii denarios panis, et ij capones, annuatim recipiendos de particula terre, quam tenet de dicto hospitali.

Ida et Liza de Lira tenentur annuatim dicto hospitali v solidos.

Nicholaus, filius Peregrini, et frater, xxv denarios et obolum annuatim recipiendos in Natali Domini in curia de Ansuic.

Henricus de Valle i bonarium allodii, quod jacet in territorio de Beinghem[2].

Walterus de Sceplaken[3], miles, in duobus locis, in uno iuxta cimiterium beate Marie et in alio apud Winclem, i bonarium allodii.

Willelmus Picht assignavit dicto hospitali ..... Lovanienses recipiendas de prato suo apud Zempsa[4], post obitum suum; quod emit contra Adam de Lint; quod etiam tenetur annuatim ..... i denarium de censu.

" Gerardus de Kindevorde et uxor sua dederunt et as-
" signaverunt dicto hospitali xl libras Lovanienses ..... in here-

1) *Heysabroc*, Heysbroek, terre située à quelque distance nord-est de la ville, dans la direction de Wavre-Sainte-Catherine.

2) *Beinghen*, Beyghem, village près de Vilvorde.

3) *Sceplaken*, Schiplaeken. Il y a deux châteaux de ce nom : l'un situé près de Grimberghen (Brabant), et l'autre sous Hever. Voyez WAUTERS, *Environs de Bruxelles*, II, pp. 235 et 681.

4) *Zempsa*, Sempst, village à une lieue sud de Malines, sur la chaussée de Malines à Bruxelles.

Digitized by Google

" ditate sua in Kindevorde, quam successores sui redimere
" possunt. Preterea bonum, quod jacet secus dictam heredi-
" tatem in Kindevorde, quod dicti Gerardus et uxor sua
" emerunt legitime, de sua propria voluntate contulerunt
" hospitali in elemosinam; unde dictum hospitale tenetur
" annuatim beato Rumoldo xix denarios de censu, et ii de-
" narios et obolum de debito maii.

" ..... scolaster de Zellar[1], scolaster Machlinensis, as-
" signavit prefato hospitali quinquaginta libras Lovanienses
" pro se et pro matre sua nomine Laysa in decimis in Ep-
" penghem[2] et in Budennals. "

Item Juta de Oudenghem dedit et assignavit libere et sine contradictione qualibet dicto hospitali sex bonaria terre jacentia in Aesdonc[3], sub censu annuo sex denariorum, sub testimonio scabinorum Machlinensium.

" Gerardus Crayenblic iii solidos in hereditate Iviri Covelken
" in veteri Brolio. "

Item obiit Johannes Boen, qui assignavit dicto hospitali v solidos annuatim recipiendos in hereditate sua juxta platheam.

Item obiit Wellinus Bruderbout, qui assignavit prefato hospitali v solidos annuatim recipiendos in hereditate sua in Beferstrate[4], ad prebendam sacerdotis ibidem constituendam.

[1]) *Zellaer*, nom d'une famille dont un membre, Arnold de Zellaer, chanoine de Saint-Rombaut, fonda, en 1250, douze prébendes en faveur de chanoines de second ordre, appelés Zellariens du nom de leur fondateur. Le château de Zellaer existe encore sous la commune de Bonheyden.

[2]) *Eppenghem*, Eppeghem, village sur la route de Malines à Bruxelles.

[3]) *Aesdonc*, Haesdonck, petite seigneurie près d'Elewyt; voyez WAUTERS, *Environs de Bruxelles*, III, p. 269.

[4]) *Beferstrate*, rue de Beffer, ainsi nommée de la Cour de Beffer, *Hof van Befferen*, qui y était située.

Digitized by Google

Walterus de Haghet ii solidos ad eandem prebendam, recipiendos in hereditate Rabbodonis in Neckerspole.

Deyso, miles de Helrode[1], iiii^or bonaria terre jacentis in parochia de Hevera[2] contulit in elemosinam sepedicto hospitali; de quibus dictum hospitale tenetur annuatim beato Rumoldo iiii^or denarios Lovanienses.

Item Walterus Mercator dedit in elemosinam annuatim dicto hospitali xii solidos vel dimidiam hamam vini et ii solidos ad thus.

Item Henricus de Berlaer[3] dedit annuatim in elemosinam dicto hospitali et domui leprosorum[4] et sancto Spiritui quinque firtellas siliginis, quarum tercia pars spectat ad hospitale; quas Henricus Hardehose annuatim dictis domibus et sancto Spiritui reddere tenetur.

Item obiit Ida, uxor dicti Henrici, que dedit annuatim infirmis ibidem languentibus viii solidos Lovanienses, ad pentantiam[5] eorum, recipiendos a fratribus dicte domus.

« Item relicta Abertini contulit omnia bona sua dicto hos-
» pitali, excepta hereditate sua, quam dedit filio sororis
« eius; et in eadem hereditate habet domus hospitalis xl so-
« lidos post obitum ipsius mulieris. »

Henricus Clap viii solidos et vii denarios annuatim recipiendos in camera sua iuxta macellum.

« Henricus Rosere xiiii solidos, cum filia sua in eo hospi-
« pitali recepta, annuatim recipiendos in bonario et dimidio

[1]) *Helrode*, Helrode, petite seigneurie à Boortmeerbeek; voyez WAUTERS, *Environs de Bruxelles*, II, p. 835.

[2]) *Hevera*, Hever-sur-Dyle, à une lieu est de Malines.

[3]) *Berlaer*, village situé près de Lierre, apanage d'une branche des Berthout, dont les descendants finirent par porter simplement le nom de van Berlaer ou van Ballaer.

[4]) Cette léproserie, située sur la chaussée de Malines à Bruxelles, avait deux quartiers distincts, l'un desservi par des frères pour les hommes, et l'autre par des sœurs pour les femmes.

[5]) *Pentantia* signifie la même chose que *pitantia* et *pictantia*.

Digitized by Google

" terre jacentis in parochia de Werde[1]. Et omnia bona dicte
" filie sue ibidem recepte, de morte ipsius, et matris ejus, et
" parentum ejus, advenientia, sive sit in bonis mobilibus sive
" in hereditate, in eodem hospitali contulit in perpetuum. "

Albertinus Fullo xi solidos Lovanienses et ii capones annuatim recipiendos in hereditate Eustachii de Waes in novo bono; de quibus hospitale tenetur annuatim domino Bertoldo vi denarios et i caponem.

Item mater Gosuini de Ghirle annuatim xii denarios recipiendos in domo Walteri Lathomi iuxta portam beate Marie.

Johannes de Porta xxx denarios annuatim recipiendos in bono suo in Brolio.

Wellinus Sachepant iii solidos annuatim recipiendos in Natali Domini super bonum Henrici Cumpal iuxta novum pontem[2].

Henricus, miles de Heysabroec, dedit in elemosinam domui hospitalis et domui leprosorum iii quartulos terre jacentis secus molam ventilariam in Leest, sub censu annuo vi denariorum, quorum domus hospitalis solvit tres, et domus leprosorum iii ipsi Henrico, militi.

" Obiit Adam Cornix, qui assignavit domui triginta solidos
" Lovanienses super dimidium bonarium terre jacentis in pa-
" rochia de Wildebroec[3].

" Item assignavit Arnoldus Dislinc dicte domui v libras
" super dimidium bonarium terre jacentis in parochia de
" Hefne[4]. "

Accord conclu entre l'abbaye de Waulsort et le chapitre de Celles, touchant la collation de la cure de Bourseigne-Neuve.

18 juin 1273.

Universis presentes litteras visuris et audituris NICHOLAUS, divina permissione abbas, et totus ecclesie Walciodorensis conventus, ex parte una, prepositus et capitulum ecclesie Cellensis, ex altera, salutem cum noticia veritatis. Noverint universi, quod, cum nos partes antedicte in ecclesia de Borsinis Novis, quelibet ecclesia pro parte media, jus patronatus habere et habuisse a retroactis temporibus dinoscamur, et super collatione ejusdem ecclesie pluries inter nos partes predictas orta fuit materia dissensionis, cum in unam personam communem non possemus adhibere consensum, nos tandem partes antedicte, use bonorum consilio et liti finem imponere cupientes, in hoc consensimus et consentire volumus in eternum, quod altera partium predictarum una vice in collatione dicte ecclesie habeat jus integrum patronatus, et altera pars secunda vice predictam ecclesiam pro sua conferat portione, ita quod ipsa ecclesia a parte illa, cui tempus collationis acciderit, sine requisitione partis adverse alternatim conferatur. Nos tamen prepositus et capitulum ecclesie Cellensis, dicto jure patronatus ultimo per dictam compositionem utentes, dilectum concanonicum nostrum Bobinum de Dynanto ad dictam ecclesiam duximus presentandum, confitentes publice, quod abbas et conventus predicti, absque consensu et requisitione nostra, immediate alteram personam post illam, que nunc est, de jure debebunt et poterunt presentare, et sic alternatim a partibus dicta ecclesia deinceps conferetur. In cujus rei testimonium robur, et munimen presentibus litteris sigilla nostra duximus appendenda.

Digitized by Google

Datum anno Domini m° cc° lxx° tercio, dominica ante nativitatem beati Johannis Baptiste.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

LXX.

L'abbaye de Waulsort reçoit en prêt une somme de vingt livres de blancs, et s'engage, en retour, de payer une rente de quatre muids d'épeautre pour le vin du Saint-Sacrifice.

5 mai 1285.

Walterus, divina permissione Waltiodorensis monasterii abbas, totusque ejusdem loci conventus, salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod, cum Yda dicta li Faveresse, de Walciodoro, divine pietatis intuitu et ob remedium suorum peccaminum ac sue salutis incrementum, custodie dicti monasterii nostri Walciodorensis in elemosinam legasset viginti libras alborum ad emendum redditus annuos et perpetuos, ex quibus, singulis annis, cotidie in altaribus dicti monasterii, in missarum celebrationibus sive sollempniis, sacerdotibus ipsas missas celebrantibus vinum ministrari deberet sive propinari, et ad presens dicti redditus de predictis viginti libris, quas custos dicti monasterii Walciodorensis pro dictis redditibus acquirendis et emendis conservabat, commode non potuissent emi vel acquiri, predictumque monasterium Waltiodorense gravi onere debitorum oneratum fuisset et afflictum, nos, predicti abbas et conventus, unanimi voluntate et consensu, pro dictis debitis exsolvendis et ipso monasterio ab eisdem debitis liberando, ac ipsius indempnitati precaventes et utilitati ac commodo providentes, predictas viginti libras mutuo recepimus nobis ab eodem custode in pecunia numerata bona et legali, mutuatas, traditas et solutas, et ipsas viginti libras in solutioni (*sic*) dictorum debitorum predictum Waltiodorense monasterium graviter urgentium per nos confitemur esse con-

Digitized by Google

versas. Et, ne dictum mutuum de predictis viginti libris a dicto custode nobis et dicto monasterio Waltiodorensi factum ad dampnum cederet custodie dicti monasterii nostri sive detrimentum, eidem custodi quatuor modios spelte bone et legalis ad mensuram Dyonensem de communi voluntate nostra et assensu recipiendos assignavimus et habendos annuatim ab eodem custode in curte nostra de Froimont, donec de predictis viginti libris supradicti redditus ad opus dicti vini ministrandi, ut dictum est, utiliter et commode fuerint a nobis acquisiti. Et ut premissa robur firmitatis obtineant, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, sabbato post Ascensionem Domini.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXI.

Droits de l'abbaye et de la ville de Waulsort.

21 décembre 1294.

A tous ceaus ki ces presens lettres verront et oront, nous Wathiers, par le mercit Notre Sangneur abbés de le glise Notre-Dame de Wachore, et tout li convens de cel meismes lieu, salut et cognoiscance de vériteit. Nos faisons savoir à tous généralment, ke li terre, li hieretaiges et tous li tressens[1] ens quilh sensuit amont et aval deles lanoise voie et le periere[2], le herdalvoie[3] et le bone del doiare est dele hierretaige dele aisemente et dou warriscal dele ville de Wachore, tout aussi bien que li autre werriscal de le devant ditte ville, dont on paie et cens et rentes; et volons ke maires et li eschevin

[1]) *Trescens*, cens, rentes, loyers.
[2]) *Periere*, carrière.
[3]) *Herdalvoie*, chemin des troupeaux.

Digitized by Google

wardent iceli aisement tout ensement[1] ke hierretaige dele ville et les autres aisement.

Et por chou ke chou soit ferme chouse et ke nos ne polons ke nus bestons[2] puist enmovoir entre nous labbeit et le convent deseur dit et le ville de Wachore, à lour prière, solonc chou ke drois lat ..... et ensaingniet, nos li abbés et li convens desour dis avons fait faire ceste présent lettre en tesmengnaige de vériteit, saielées de nos propres saiens, faites, escrites et donées en lan Notre Sangneur Jhésu Crist milh deux cens nonante et quatre, le nuit saint Thomas apostle devant Noel.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXII.

Wauthier, abbé de Waulsort, déclare le relief fait du fief d'Hollange, par Abretin de Bastogne, fils du chevalier Jean dit Maleherbe.

17 mars 1305 (nouveau style).

A tous ciaus ki ces présens lettres verront et oront Watiers, par le mercit de Deu abbés de l'église Notre Dame de Wachore, salut et connoistre vériteit. Saichent tuit, ke nous avons reciet à homme de fiez, pour nous et notre église de Wachore, Abretin de Bastongne, filh jadis mon signour Jehan dit Maleherbe, chevalier, et ce fiez dont ilh est devenus nos hons, ilh le tient et doit tenir à Holenges en teilhe manière, com si ancesseur sont tenut, si com ilh apeirt par nos anciens escris bien saieleis, ès queis ilh est contenut, ke décainges fut jadis fais del dit fiez et de le quarte partie de le dîme de Gedines par nos devantrains et les ancesseurs del dit Abretin, et sur chu nous rapelons et annullons le lettre saielée

[1]) *Ensement*, en même temps, pareillement.
[2]) *Bestons*, différend, dispute.

Digitized by Google

del saial notre prieus de Hastières, ke nous donâmes jadis à Dudelet de Tronle, témoingnant ke nous ne saviens mie, ne cuidiens ke me su es Jehans dis Maleherbe, chevaliers, deseur nommeis, ou si proime, tenist ou tenissent, si com notre homme le fiez devandit.

Et à cet hommaige devandit prendre et recivoir furent : Wiris de Hastieres, Ponchars dis dou Pont Dermenton, Thieris Gober, Alars Gailhars et Colins Mofflins de Wachore, si com homme de fiez; par lensongnement et jugement des queis fait à notre comant, nous avons reciet à homme de fiez le deseur nommeit Abretin.

Ce fut fait et donneit en lan de grasse mille ccc et iiij, le merkedi après le dymenche en quaremme ke on chante *Reminiscere*, et saieleit de notre saiaul en signe de vériteit.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXIII.

Accord conclu entre Jean de Flandre, comte de Namur, et Wauthier, abbé de Waulsort, au sujet du ruisseau de Flavion.

Avril 1317.

Nous Jehans de Flandres, cuens de Namur, et Wauthiers, par le souffrance de Dieu abbés del église Nostre Dame de Hastières, et tout li convens de che meisme liu, à tous cheaus qui ces présentes lettres veront et oront salut et conoistre vériteit. Cume debas fust entre nous conte de Namur et le religieus houmes labbet et le couvent del église Nostre Dame de Hastières dessus dite dendroit dou cours de laywe dou riu de Flaion, que il avoient tournet ou fait tourner hors de son droit cours et anchien, pour mener et faire venir ou biez de leur moulin, que on dist de Soumain, parmi une pièce de terre, que on dist desous le tierne Doiszieaul, que il aqui-

Digitized by Google

sent jadis par décange à Hennin dit de Gérin, li quèle tierne muet et descent de le court de Serville, qui est de hauteur et souranientet à nous conte de Namur, et le quèle aywe il ne pooient ne devoient tourner par eaus ne par autrui hors de son anchien et droit cours sans nostre greit et no spécial congiet, si coume il nous fu douneit à entendre et fait savoir. Sacent tout que nous cuens, abbés et couvens devant noumei, nous soumes concordet en tèle boine mainère, ke li abbés et li couvens de Hastières puoent et doivent, pour eaus et pour leurs successeurs, avoir, mener et tourner par eaus et autrui de par eaus à tous jours parmanablement le cours de laywe sour leur devandit moulin de Soumain, et pueent encore et doient détenir, refaire et fourbir le biez de leur dit moulin en le dite pièce de tière quilh acquisent au deseurenomet Henin, toutes les fois quil leur plara et come il leur besongnera, sans aucune ocoison et sans meffaire de riens enviers nous, ne enviers nos hoirs ; et doivent avoir leur pesserie france et délivre en laywe deseuredite, et y puent faire fermeteit tèle, come il leur plaira, pour détenir aywe et pour prendre pissons deseure et desous leur moulin, si avant comme leurs hiretages s'estent devens nostre tierne et en leur ban, sauf à nous et à nos hoirs le hauteur et le sourainetet de nostre justice en le dite pièce de tière, qui acquise fu au deseurenomet Hanin. Et parmi chou, nous cuens de Namur et nostre hoyr devons avoir de rente hiretaulement sour le devandit moulin, cascun an, quatre muis et demi muy de mouture....[1] souffisant, à le mesure de Namur, tèle come li moulins le poura wacginer, dan en an, le jour saint André lapostle, sans fraude et sans boidie[2], à paier cascun an à nos certains mesagés ou au recheveur de nostre tière devens le dit moulin.

Et pour ce que toutes ces coses deseure escrites soient

[1]) La charte est lacérée en cet endroit.

[2]) *Boidie*, *boisdie*, *bosdie*, *vosdie*, tromperie, fourberie, trahison.

Digitized by Google

fermes et estaules à tous jours parmanablement, nous cuens de Namur, abbés et couvens del église Nostre Dame de Hastières desus dis, avons mis et pendus nos propres sayaus à ces présentes lettres en signe de permanabletet et de vériteit.

Faites et données en lan de grâce mil trois cens et dissiet, el mois davrilh.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXIV.

Jean de Flandre, comte de Namur, charge Wauthier de Juppleu et Lambert de Mons, receveur du comté de Namur, de terminer le différend survenu entre lui et les monastères de Waulsort et d'Hastière au sujet de l'avouerie.

6 novembre 1334.

Nous Jehans, cuens de Namur, faisons savoir à tous que nous avons commis et commettons nous bien ameis et féaules monsingnour Watier de Juppeleu, chevalier, notre lieutenant, et singneur Lambert de Mons, rechiveur de notre conteit de Namur, pour savoir et enquière de débas qui sont entre nous et les églises de Wachor et de Hastières, par le raison dele avowerie, et lour donons plain poioir de déclareir et départir les dis débas; et chu quilh en déclareront et détermineront, nous le tenrons pour ferme et pour estauble, et de ce dont ilh en donront lettres saelées de lours sayaus, nous le promettons à saeleir, quant Dieus nous ramenrat ou pays, savée notre hauteur et noblèche de notre conteit de Namur.

Et pour ce que se soit ferme chose et estauble, nous avons ces présentes lettres saelées de notre sael. Qui furent faites et donées le dyemenche après le jour dele Toussains, sizème jour ou mois de novembre, l'an de grasce mil trois cens trente quatre.

Original sur parchemin, sans sceau, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXV.

Déclaration de Wauthier de Juppleu et de Lambert de Mons, receveur du comté de Namur, relative à l'avouerie de Waulsort et de Hastières.

17 mars 1336 (nouveau style).

A tous chiaus qui ces présentes lettres vieront et oront WATHIERS de Juppeleu, chevaliers, lieutenans de très hault prince et puissant le conte de Namur, et LAMBIERS de MONS, rechiveires de le conteit de Namur, salut et conissanche de vériteit. Conutte chose soit à tous que, sour les débas qui sont, astoient, avoient esteit ou yestre poioent entre notre très chier singneur deseur dit, dunne part, et les églises de Wachore et de Hastières, dautre part, par le raison dele avowerie des bans de Wachore et de Hastières, qui apartient à notre dit singnour, que nous en avons loiaulment enquis sourlonc notre poioir et sourlonc le manière et le forme dele commission donée à nous de par notre dit singnour; et avons troveit, par bonne enqueste loyaulz sour ce faite, que nous dit sires at en dis bans de Wachore et de Hastières, par le raison dele avowerie deseur ditte, chu que li eskevins des dis bans li savent et wardent, et disons, déclarons et prononchons, que nous dis sires ni at autre chose que li dis eskevins li savent et wardent, ensi que dit est pour le raison dele ditte avowerie.

Par le tesmoing de ces présentes lettres ouiertes, saelées de nous sayaus, faites et donées l'an dele Nativiteit Notre Singnour mil trois cens trente et chink, le venredi jour sainte Gertrut, dys sept jours ou mois de march.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXVI.

Les prieurs et religieux de Waulsort et d'Hastière prient Engelbert de la March, évêque de Liége, de confirmer l'élection qu'ils avaient faite, d'après ses conseils, de Jean d'Akoche pour leur abbé.

5 mai 1358.

Reverendo in Christo patri et domino domino Engelberto, Dei gratia Leodiensi episcopo, necnon ejus venerabili capitulo Leodiensi, sui humiles et devoti PRIORES et CONVENTUS MONASTERIORUM WALCIODORENSIS ET HASTERIENSIS, Leodiensis dyocesis, ordinis sancti Benedicti, reverentiam tam debitam quam devotam. Vacante nuper abbatia monasteriorum nostrorum predictorum per mortem bone memorie religiosi viri domni condam Thome dicti Corbea, nostri et eorumdem monasteriorum abbatis, ejusque corpore, prout moris est, ecclesiastice tradito sepulture, die et hora certis ad providendum nostris monasteriis antedictis de pastore futuro procedendumque in negotio electionis ejusdem prefixis, missa sancti Spiritus pro impetratione gracie decantata, congregatis nobis omnibus apud Walciodorum in loco capitulari, post nonnullos tractatus super modo eligendi nobis personam ydoneam in abbatem, qui non habuerunt effectum, et tandem votis aliquibus nostrorum in dompnum Johannem de Akoche in Walciodorensi, et aliis plurimis in dompnum Lambertum dictum de Fonte, in Hasteriensi monasteriis monacos professos, directis, decrevimus per viam compromissi procedere ad electionem supradictam. Propter quod in vos reverendum patrem dominum episcopum Leodiensem unanimiter tam singulariter quam universaliter compromisimus, vosque in compromissarium assumpsimus sub hac forma, quod eum, quem ex dictis domnis Johanne de Akoche et Lamberto de Fonte nobis nominaretis et eligeretis, in pastorem reciperemus ac haberemus in abbatem, quemadmo-

Digitized by Google

dum hec in instrumento publico super hoc confecto, signis publicis magistri Theoderici dicti Crumpsuyt et Johannis de Moruilhe, tabellionum publicorum, signato latius continentur.

Postque, oblatis vobis, reverende pater antefate, hujuscemodi compromisso et instrumento, vos onus illius assumentes, ad ultimum juxta vestre circumspectionis acumen, meritis utriusque dictorum domnorum Johannis et Lamberti prequisitis et omnibus equa lance discussis, dictum domnum Johannem de Akoche, presbiterum, vigore compromissi supradicti nobis decrevistis ac nostris monasteriis prelibatis nominare ac eligere in abbatem. In cujuscemodi vestris nominatione et electione postremo omnes et singuli consensimus, nullo penitus discrepante, ac electionem ipsam predicto domno Johanni de Akoche, sic in abbatem nostrorum monasteriorum prefatorum concorditer electo, obtulimus, eum requirendo, ut hujusmodi electioni de se facte consentiret. Qui, et aliquali deliberatione super hoc prehabita, eidem suos consensum prebuit finaliter et assensum.

Eapropter vobis, venerabili capitulo prius dicto, electionem et electum prius dictos cum processibus super hiis factis tenore presentium presentamus, vobis supplicantes affectuose, ut illos ad memoratum patrem reverendum dominum episcopum Leodiensem remittere dignemini, super hiis inquisiturum et facturum ea, que ad hoc incubuerint, facienda.

Vobis vero, reverendo patri domino Leodiensi episcopo, supplicamus humiliter, quatinus, hiis acceptis, eamdem electionem confirmare dignemini et personam dicti electi, prout decet, approbare, ceteraque facere, que in hiis necessaria fuerint aut etiam opportuna.

Et quia sigilla nostra penes nos Leodii non habemus, ad evitandum moras periculosas, venerabiles viros dominum Willelmum de Eure, decanum sancti Martini, et magistrum Egidium de Wadrechies, canonicum sancte Crucis ecclesiarum Leodiensium rogavimus, ut loco nostri sua sigilla presentibus apponant.

Digitized by Google

Nos autem Willelmus, decanus, et Egidius, canonicus, antedicti, ad requestam et preces predictorum priorum et conventuum sigilla nostra in signum veritatis premissorum hiis litteris duximus apponenda.

Datum Leodii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, mensis maii die quinta.

Acte sur parchemin, sceaux enlevés, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXVII.

Le pape Urbain V nomme l'abbé de Saint-Pantaléon à Cologne, et les doyens de Saint-Paul et de Saint-Jean à Liége, juges et conservateurs des monastères de Waulsort et d'Hastière avec ordre de les protéger et de défendre leurs biens et possessions contre toute agression injuste.

24 septembre 1368.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii sancti Pantaleonis Coloniensis, et sancti Pauli ac sancti Johannis Leodiensis ecclesiarum decanis, salutem et apostolicam benedictionem. Militanti ecclesie licet immeriti, disponente Domino, presidentes, circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa soliciti, ut juxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, et profectibus, divina cooperante clementia, salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum abbatis et conventuum Walciodorensis et Hasteriensis monasteriorum, invicem canonice unitorum, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone, tam religiose quam etiam seculares, necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac alie singulares persone civitatum et

Digitized by Google

diocesis et aliarum partium diversarum, occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, jura, jurisdictiones, necnon fructus, census, redditus, et proventus dictorum monasteriorum, et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad abbatem et conventus ac monasteria predicta spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem ; nonnulli etiam civitatum et diocesis ac partium predictarum, qui nomen Domini in vacuum non formidant, eisdem abbati et conventibus super predictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, juribus et jurisdictionibus, redditibus, et proventibus eorundem, et quibuslibet aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, et aliis rebus ad eosdem abbatem et conventus ac monasteria spectantibus, multiplices molestias et injurias inferunt et jacturas. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut, cum eisdem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores, et injuriatores hujusmodi illico volentes eisdem abbati et conventibus remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et judices, prefatis abbati et conventibus efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem super hiis et quibuslibet aliis bonis et juribus ad abbatem et conventus ac monasteria predicta spectantibus ab eisdem et quibuslibet aliis indebite molestari, vel eis gravamina seu damna vel injurias irrogari, facturi dictis abbati et conventibus, cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi

Digitized by Google

castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, jurium, jurisdictionum, et bonorum mobilium et immobilium, redditum, quoque et proventuum ac aliorum quorumcumque bonorum, necnon de quibuslibet molestiis, injuriis atque damnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que judicialem requirunt indaginem, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit justitie complementum, occupatores seu detentores, molestatores et injuriatores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cujuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis exstiterint, quandocumque et quotiescumque expedierit, autoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii pape octavi, predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diete ad judicium evocetur, seu ne judices et conservatores a Sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diete eorumdem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis autoritate presentium non trahatur, seu de aliis quam de manifestis injuriis, molestiis, et aliis, que judicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id procuratores adjectis, conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de judicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis edictis, que vestre possent in hac parte jurisdictioni aut potestati ejusque libero exercicio quomodolibet contravenire; seu, si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium

Digitized by Google

evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia indulgentia dicte Sedis, generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus; quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetuaque potestas et jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram nobis cepta fuissent, et jurisdictio vestra et cujuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset constitutione predicta super conservatoribus, et alia qualibet in contrarium edita non obstante, presentibus post triennium minime valituris.

Datum apud Montem Flasconem, octavo kalendas octobris, pontificatus nostri anno sexto.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, nº 8, fol. 131 vº - 134 rº, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXVIII.

Sauvegarde et protection accordées aux monastères de Waulsort et d'Hastière par Jean de Heinsberg, évêque de Liége.

8 mars 1420 (nouveau style).

Johans, par le grâce de Dieu évesque de Liège et comte de Looz, à nos chiers et amez féalz les bailliux de Tuing et de

Digitized by Google

Condroz, le mayeur de notre ville de Dinant et le prévost de Revoigne, salut. Comme les villes, bans, hauteures, justices et les appartenances de Wachoire et de Hastire dechà Meuse et delà de Ponderem, de Chaumont en la terre de Florinne, de Antine, de Loyte-Saint-Denis, d'Heure en Famenne, de Bleimont, de Soumez, de Neffe, et d'Iermeton-sur-Muese, appartenantes à nos églises et abbiez de Wachoir et de Hastière, soient situées desoubz notre puissance, domination, seignoirie et en notre sauvegarde, si vous mandons et commandons bien advisiez, que, toutes fois que besoin serat et que par aucune de nos dittes églises ou abbiez de Wachoir et de Hastier sur ce requis en serez, vous leurs faites tout confort et assistence selon votre possibiliteit, la où mestier en serat, afin que ils puissent paisiblement goir desdittes villes, bans, hauteurs, justices, aveucque tous leurs appartenances, si avant que troveit sierat par les esquevins et féaulteurs desdits lieux, que lesdittes villes à nosdittes églises ou abbayes soient appartenans, et que par raison d'icelles doivent goir; et aussy ne souffrez point qu'il leurs soit fait quelque injure, violence ou molestation par quelconque autre seigneur espirituèle ou temporelle; ainschors les deffendez, tensciez et wardeis de part nous à votre povoir, et ce ne laissiez nullement, car ensi nous pleist qu'il soit fait.

Donnez sous notre scel applacquiez à ces présentes, l'an dele Nativiteit Notre Seigneur Jésus Christ mille quatre cents et dix neuf, le wittème jour du mois de marce.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Waulsort*, nº 27, fol. 173 vº et 174 rº, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXIX.

Le Souverain Pontife Eugène IV charge l'abbé de Saint-Laurent de Liége, le doyen de Cambrai et l'official de Liége, de faire restituer aux religieux de Waulsort les biens qui leur ont été enlevés injustement.

24 juillet 1438.

Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii sancti Laurentii extra muros Leodienses, et N., decano ecclesie Cameracensis, ac officiali Leodiensis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii Johannes, abbas, et conventus Walchiodorensis et Hasteriensis, ordinis sancti Benedicti, invicem canonice unitorum, Leodiensis diocesis, monasteriorum, quam eorum inibi predecessores, qui fuerunt pro tempore, decimas, census, fructus, redditus, proventus, annuas pensiones, jura, jurisdictiones, possessiones, domos, terras, ortos, campos, vineas, prata, pascua, nemora, silvas, molendina, lacus, stagna, piscarias, aquas, aquarum decursus, libros, calices, ornamenta ecclesiastica, jocalia, vasa aurea, argentea, erea, cuprea, stannea, lignea, lectos, linteamina, domorum utensilia, litteras autenticas, instrumenta publica, contractus, documenta, cedulas, scripturas, vini, bladi, frumenti, ordei, avene, siliginis, auri, argenti quantitates, debita, pecuniarum summas, et quedam alia mobilia et immobilia bona dictorum monasteriorum, datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renuntiationibus et penis adjectis, in gravem ipsorum monasteriorum lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo, ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hiis confirmationis literas in forma communi a Sede Apostolica impetrasse; quia vero nostra interest super

Digitized by Google

hoc de oportuno remedio providere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis predictorum monasteriorum per concessiones hujusmodi alienata inveneritis illicite vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, juramentis, renunciationibus, penis et confirmationibus supra dictis, ad jus et proprietatem eorundem monasteriorum legitime revocare curetis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura, simili appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Ferrarie anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, nono kalendas augusti, pontificatus nostri anno octavo.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Waulsort*, n° 29, fol. 177 r° — 178 r°, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXX.

Jean Henrard, abbé de Waulsort et d'Hastière, nomme Nicola Egidii, religieux de son abbaye, pour desservir l'église paroissiale de Falmagne.

31 juillet 1444.

Nos Johannes Henrar, Dei patientia abbas monasteriorum Walchiodorensis et Hasteriensis, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis dioecesis, universis et singulis praesentes litteras inspecturis, notum facimus per praesentes, quod ex certis rationabilibus causis, animum nostrum ad hoc moventibus, dilecto confratri nostro dompno Nicholao Egidii, dicti nostri monasterii Walchiodorensis professo, vicario perpetuo ecclesiae parochialis de Falmagne, eodem monasterio nostro incorpo-

Digitized by Google

ratae, ut in ipsam ecclesiam personaliter residere seu aliis ecclesiis deservire, et inibi parochianorum curam exercere, ac a nostro sepedicto monasterio abesse, dummodo habitum ordinis nostri predicti gerat, honeste et decenter vivendo, possit et valeat, tenore presentium concedimus licentiam ac liberam facultatem, salvis juribus et aliis emolumentis nobis et eidem nostro monasterio ratione dictae ecclesiae competentibus, quibus per praescriptam nostram licentiam non intendimus in aliquo derogare, reservantes nobis potestatem ipsum dompnum Nicholaum, quem filium attestamur sanctae matris Ecclesiae, totiens quotiens nobis visum fuerit expediens, ad praescriptum nostrum monasterium revocandi.

In quorum omnium et singulorum praemissorum testimonium nos abbas supradictus sigillum nostrae abbatialis dignitatis duximus appendendum sub anno a Nativitate Domini 1444, mensis julii die ultima.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. 1, fol. 5 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXXI.

Le Souverain Pontife Nicolas V charge les doyens de Saint-Paul, à Liége, et de Saint-Pierre, à Namur, et l'official de Liége, de faire restituer aux religieux de Waulsort et d'Hastière les biens qui leur ont été enlevés injustement.

12 mars 1449.

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis sancti Pauli Leodiensis et sancti Petri Namurcensis, Leodiensis diocesis, ecclesiarum decanis, ac officiali Leodiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii Johannes, abbas, et conventus Walciodorensis et Hasteriensis, ordinis sancti Benedicti, invicem canonice unitorum, Leodiensis diocesis, monasteriorum, quod nonnulli iniquitatis filii,

Digitized by Google

quos prorsus ignorant, decimas, census, fructus, redditus, proventus, annuas pensiones, jura, jurisdictiones, possessiones, domos, terras, ortos, campos, vineas, prata, pascua, nemora, silvas, molendina, lacus, stagna, piscarias, aquas, aquarum decursus, libros, calices, ornamenta ecclesiastica, jocalia, vasa aurea, argentea, erea, cuprea, stannea, lignea, pannos laneos, lineos, lectos, culcitras, linteamina, mappas, manutergia, mensas, scamna, domorum utensilia, litteras autenticas, instrumenta publica, contractus, documenta, cedulas, scripturas, vini, bladi, frumenti, ordei, avene, siliginis, auri, argenti monetati et non monetati quantitates, debita, pecuniarum summas et nonnulla alia mobilia et immobilia bona, ad dicta monasteria spectantia temere et malitiose occultare et occulte detinere presumunt, non curantes ea prefatis abbati et conventibus exhibere, in animarum suarum periculum ipsorumque abbatis et conventuum ac monasteriorum non modicum detrimentum. Super quo iidem abbas et conventus Apostolice Sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi occultos detentores decimarum, fructuum, censuum, redditum, proventuum et aliorum bonorum predictorum, ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per vos vel alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis prefixeritis, ea prefatis abbati et conventibus a se debita restituant ac revelent, et de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant ; et, si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis prefigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis et eam faciatis, ubi et quando expedire videritis, usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Quod si non omnes hiis exequendis posueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Rome, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis

Digitized by Google

Dominice, millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, quarto nonas martii, pontificatus nostri anno tertio.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Waulsort*, nº 32, fol. 183 rº — 184 rº, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXXII.

Le cardinal Bernardin Carvajal, évêque de Frascati et légat apostolique pour l'Allemagne, règle l'autorité de l'abbé de Waulsort sur ses religieux desservant, comme vicaires, les paroisses incorporées à l'abbaye.

14 juillet 1508.

Bernardinus, miseratione divina episcopus Tusculanensis, sacrosancte Romane ecclesie cardinalis sancte Crucis, patriarcha Jerosolimitanus, per universam Germaniam et quecumque alia loca, ad que nos declinare contigerit, domini nostri pape et Apostolice Sedis legatus, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis, cujus auctoritate fnngimur in hac parte, circumspecta benignitas ad ea libenter intendere consuevit, per que singularum ecclesiarum et monasteriorum felici regimini et gubernationi consuli valeat. Sane pro parte dilectorum nobis in Christo Johannis Moxhet, abbatis, et conventuum monasteriorum invicem unitorum in Walciodoro et Hasteriensi, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet sancti Michaëlis de Walchiodoro, et sanctorum Pancratii et Genofeve de Falemagne, et sancti Petri in Hastiers, parochialibus ecclesiis dicte diocesis, que eidem monasterio in Hasterio perpetuo unite, annexe et incorporate existunt, ex concessione Sedis Apostolice per vicarios perpetuos, monachos presbiteros dicti monasterii, deserviri et illarum animarum cura exerceri consueverit, frequenter tamen contingit, quod monachi pro regimine dictarum parochialium ecclesiarum deputati, pretendentes se a

Digitized by Google

superioritate abbatis dictorum monasteriorum ratione exercicii cure hujusmodi exemptos esse, aut alias procliviores effecti, institutiones et precepta regularum monasteriorum et ordinum predictorum contemnentes, et vitam lascivam et dissolutam ducentes, multa insolentia committunt in animarum suarum periculum necnon earundem parochialium ecclesiarum parrochianorum scandalum; et, sicut eadem petitio subjungebat, si statueretur et ordinaretur, quod de cetero perpetuis futuris temporibus eisdem ecclesiis per monachos eorundem monasteriorum, per abbatem pro tempore existentem et conventum eorundem monasteriorum ad nutum amovibiles, deserviatur ac animarum cura hujusmodi exerceatur, ex hoc profecto cultus divinus in ecclesiis predictis non modicum augeretur, et per consequens scandalis et aliis inconvenientibus predictis totaliter obviaretur, et insuper animarum saluti eorumdem monachorum plurimum consuleretur; nos igitur, qui ex debito legationis officio nobis commisso quarumlibet ecclesiarum felici regimini et gubernationi consulere tenemur, prefatos Johannem, abbatem, et conventus, ipsorumque conventuum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, autoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus animarum cura parochianorum ecclesiarum predictarum per monachos presbiteros monasteriorum predictorum, ad nutum abbatis pro tempore existentis dicti monasterii et conventuum predictorum ponendos et amovendos, regi et gubernari, illarumque parochianorum animarum cura exerceri debeant. Et nichilominus dilectis nobis in Christo sancti Jacobi intra, et sancti Laurentii extra muros Leodienses, monasteriorum abbatibus,

Digitized by Google

ac decano ecclesie sancti Johannis Leodiensis auctoritate prefata mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, abbati et conventibus predictis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant per se vel alium, seu alios, eadem auctoritate abbatem pro tempore existentem et conventus predictos [gaudere] pacifica possessione ponendi et amovendi monachos presbiteros eorumdem monasteriorum ad nutum eorum ponendos et amovendos, qui curam animarum hujusmodi exerceri debeant, contradictores auctoritate apostolica prefata compescendo, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasteriorum predictorum, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam, presentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua, cujusque toto tenore, de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Datum Mechlinie, Cameracensis diocesis, anno Incarnationis Dominice 1508, pridie idus julii, pontificatus domini nostri Julii pape secundi anno quinto.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, livre IV, *capsa Waulsort*, n° 41, fol. 199 r° — 200 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXXIII.

Pierre de Cortembach, archidiacre du Hainaut, accorde à Pierre Moxhet, abbé de Waulsort et d'Hastière, et à ses successeurs, le droit de nommer vicaire de l'église paroissiale de Saint-Michel, à Waulsort, un des religieux de l'abbaye et de le changer autant de fois qu'ils le jugeront convenable, tout en ne payant chacun qu'une seule fois les droits archidiaconaux.

Vers 1508.

Petrus de Cortembach, canonicus et archidiaconus Hanonie in ecclesia Leodiensi, universis et singulis presentes nostras litteras visuris, lecturis pariter et audituris, salutem in Domino sempiternam. Ex parte reverendi in Christo patris et domini domini Johannis Moxhet, abbatis monasteriorum et conventuum invicem unitorum in Walchiodoro et Hasteriensi, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, nobis est significatum, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Bernardinus, miseratione divina episcopus Tusculanensis, sacrosancte Romane ecclesie cardinalis sancte Crucis, patriarcha Jerosolimitanus, per universam Germaniam et quecumque alia loca, ad que ipsum declinare contigerit, sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii, divina providentia pape secundi moderni, et sancte Sedis Apostolice legatus, etc., suas per litteras, quibus presentes nostre littere transfiguntur, gratiose concessit, ut abbas pro tempore existens eorundem monasteriorum Walchiodorensis et Hasteriensis in sancti Michaëlis de Walchiodoro parochiali ecclesia, dicte Leodiensis diocesis, que eisdem monasteriis perpetuo unita, annexa ac incorporata existit, ex religiosis eorundem monasteriorum et ordinis ad regendum eandem parochialem ecclesiam nobis, tamquam archidiacono loci, presentare, et illos seu illum ad nutum amovere libere et licite possit

Digitized by Google

et valeat, prout in eisdem litteris latius continetur. Et, quia jura institutionis ratione dicte ecclesie sancti Michaëlis sint eisdem monasteriis satis onerosa, id circo nobis pro parte ejusdem abbatis fuit humiliter supplicatum, quatenus jura hujusmodi tam nostro quam successorum nostrorum nominibus moderare, videlicet quod ipse dominus Johannes, abbas, [et sui successores], perpetuis futuris temporibus, ratione institutionis dicte parochialis ecclesie sancti Michaëlis, semel, quoad vixerit seu vixerint, jura consueta solvere et totiens, quotiens ipsi placuerit, rectorem ejusdem parochialis ecclesie amovere libere et licite possit et valeat, dignaremur et vellemus.

Nos igitur Petrus, archidiaconus prefatus, volens indempnitati eorumdem monasteriorum providere ac attendens supplicationem hujusmodi fore justam et rationi consonam, ejusdem domini Johannis, abbatis, supplicationi inclinati, tenore presentium statuimus, volumus et ordinamus, quod ipse dominus Johannes, abbas, et successores sui, eorumdem monasteriorum abbates pro tempore existentes, semel in vita jura institutionis dicte parochialis ecclesi sancti Michaëlis consueta persolvere et ipsius rectorem totiens, quotiens ipsi placuerit, amovere libere et licite possint et valeant absque contradictione aliqua, ita tamen quod abbas pro tempore existens, unica solutione jurium institutionis facta, ejus vita durante, ad exsolutionem eorundem jurium minime sit astrictus.

In quorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostre archidiaconalis dignitatis presentibus nostris litteris duximus apponendum.

Datum sub anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo... mensis... die....

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Waulsort*, n° 39, fol. 196 v° — 177 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXXIV.

Érard de la Marck, évêque de Liége, confirme les monastères de Waulsort et d'Hastière dans la possession des églises paroissiales de Waulsort, Falmagne et Hastière.

1511.

Erardus de Marcka, Dei et Apostolice Sedis gratia episcopus Leodiensis, dux Bullionensis et comes Lossensis, venerabili ac dilectis nostris in Christo abbati et conventui ecclesiarum sive monasteriorum invicem canonice unitorum de Walchiodoro et Hasteria, nostre Leodiensis diocesis, salutem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti nobis in Christo, vestris justis precibus annuentes, ad instar bone memorie predecessorum nostrorum Henrici secundi, Alexandri, Rodulphi, quondam episcoporum Leodiensium, privilegia, concessiones, libertates, donationes et confirmationes, vobis et ecclesiis sive monasteriis vestris per eosdem nostros predecessores seu aliter quomodocumque factas et concessas, ac facta et concessa, nec non rationabiles et antiquas vestrarum ecclesiarum sive monasteriorum consuetudines hactenus observatas et a nostris pie memorie predecessoribus rite ac legitime confirmatas et approbatas, in quibus caveri dicitur, quod perpetuis futuris temporibus animarum cura parochianorum ecclesiarum parochialium sancti Michaëlis de Walciodoro, et sanctorum Pancratii et Genovefe de Falamagne, ac sancti Petri in Hasteria, per monachos presbiteros monasteriorum predictorum, ad nutum abbatis eorundem monasteriorum pro tempore existentis ponendos et amovendos, regi et gubernari, atque illarum parochianorum animarum cura exerceri debeant, sicut eas et ea juste et quiete obtinetis, ac in litteris desuper confectis plenius contineri dinoscitur, autoritate nostra ordi-

Digitized by Google

naria, qua et virtute cujus abbatis hujus monasterii locorum institutionem, confirmationem et omnimodam in prefatis locis episcopalem jurisdictionem, nedum de jure verum etiam de antiqna et laudabili consuetudine legitime prescripta, pleno jure habemus, vobis et ecclesiis sive monasteriis vestris predictis, salvo tamen in omnibus jure nostro episcopali et ecclesie nostre archidiaconorum, perpetuo duximus confirmandas et confirmanda, ac presentium nostrarum litterarum concessione confirmamus. In cujus rei testimonium has nostre confirmationis litteras sigillo nostro secreto fecimus roborari.

Datum in civitate nostra Leodiensi, anno a Nativitate Domini 1511, mensis ..... die decima tertia.

Signatum : ERARDUS.

Puis : Visa per me : L. Doupey, cancellarius.

Et plus bas : De speciali mandato reverendissimi domini mei supradicti : Hardou.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. I, fol. 23 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXXV.

La cure de Waulsort est réunie et incorporée à l'abbaye du même lieu.

31 mars 1552.

Hieronimus Vandernoot, canonicus et archidiaconus Hannoniae in ecclesia Leodiensi, universis et singulis praesentes nostras litteras inspecturis pariter et legi audituris salutem in Domino sempiternam. Cum infrascriptorum agnitione notum facimus, quod nuper pro parte reverendi in Christo patris ac domini domini Nicolai Sarteaux, permissione divina abbatis monasteriorum Walciodorensis et Hasteriensis, Leodiensis dioecesis, ordinis sancti Benedicti, nobis oblata petitio continebat, quod dudum piae memoriae reverendus et generosus

Digitized by Google

dominus Petrus de Cortembach, dum viveret, canonicus et archidiaconus Hannoniae in ecclesia Leodiensi, noster praedecessor, petitioni quondam etiam recolendae memoriae reverendi in Christo patris ac domini Johannis Mouxhet, etiam, dum viveret, praedictorum monasteriorum abbatis, sibi desuper, uti asseritur, factae, suum praebendo consensum, unionem, annexionem et incorporationem parrochialis ecclesiae sancti Michaëlis, archangeli, praedicti loci Walchiodorensis, eidem monasterio ac ejusdem abbatiali et conventuali mensis apostolica autoritate per prius factas (salvis tamen juribus institutionis per ejusdem ecclesiae parochialis novos rectores nobis et nostris in dicto nostro archidiaconatu praedecessoribus, dum eos ad hujusmodi parochialem ecclesiam, ex praesentatione abbatis praedictorum monasteriorum pro tempore existentis, archidiaconali auctoritate ante unionem et incorporationem predictarum admitti contingebat, exolvi consueverant toties, quoties novum praedictorum monasteriorum abbatem eligi et confirmari contingeret, per eundem novum abbatem electum et confirmatum sibi domino Petro et suis in dicto tunc suo, nunc vero nostro Hannoniae archidiaconatu, semel in vita ejusdem novi electi et confirmati abbatis, et antequam presbiterum aliquem antedictae parochiali ecclesiae et illius administrationi et deserviturae praeficere posset, exolvendis et realiter satisfaciendis, certisque aliis modo et forma in litteris patentibus praefati domini Petri, nostri praedecessoris, desuper editis et antedicto domino Johanni Mouxhet, tunc abbati, concessis, latius sive plenius contentis et descriptis) sua autoritate ordinaria confirmavit, laudavit et approbavit; atque unionem, annexionem et confirmationem hujusmodi suos cursum et effectum habere vimque et robur perpetuis futuris temporibus habere voluit, statuit et ordinavit. Cum autem, uti in praetacta nobis facta petitione subjungebatur, abbatiali dignitate praetactorum monasteriorum nuper ex obitu quondam domini Egidii Henrart, eorundem monasteriorum novissimi abbatis pacifici, extra Romanam cu-

Digitized by Google

riam et in hiis partibus defuncti, vacante, praelibatus reverendus dominus Nicolaus Sarteaux in dictorum monasteriorum abbatem noviter nominatus, electus et confirmatus, atque in locum praedicti quondam Egidii assumptus et suffectus fuerit, et proinde, formam praedicti nostri praedecessoris litterarum praedictarum insequendo, jura constitutionis praedictae parochialis ecclesiae exolvere teneatur, ob hoc idem dominus Nicolaus, abbas, nostram archidiaconalem authoritatem, uti asseruit, recognoscere cupiens, nobis humiliter supplicavit, quatenus, juribus praedictis et aliis conditionibus in praefati nostri praedecessoris litteris adjectis semper salvis, praetactam unionem, annexionem et incorporationem, litterasque praefati nostri praedecessoris desuper editas, cum inde sequentibus quibuscumque, nostra autoritate ordinaria praedicta laudare, approbare et confirmare, ipsumque abbatem, juxta et secundum praedicti nostri praedecessoris litterarum formam et tenorem, in et ad praetaetam parochialem ecclesiam, quatenus opus sit, non alias, recipere, admittere et instituere vellemus et dignaremur. Nos igitur Hieronimus, archidiaconus Hannoniae, praefatae supplicationi hujusmodi, tamquam justae et rationi consonae, nostrum praebendo consensum, unionem, annexionem et incorporationem, praedictique nostri praedecessoris litteras cum inde secutis quibuscumque, juribus institutionis aliisque episcopalibus et archidiaconalibus hactenus exolvi consuetis, et aliis conditionibus in praefati nostri praedecessoris litteris contentis semper salvis, nostra autoritate praedicta confirmamus, laudamus et approbamus, praefatumque dominum Nicolaum, abbatem, in et ad praetactam parochialem ecclesiam admittendo rectoremque in illa instituendo, deque eadem ac illius juribus et pertinentiis universis investiendo, ipsique per se vel alium religiosum aut secularem presbiterum per eum ad hoc nominandum, hujusmodi parochiali ecclesiae deserviendi, divinaque officia exercendi et peragendi, atque sacramenta ecclesiastica administrandi potestatem, facultatem, auctoritatem et licentiam

Digitized by Google

eadem autoritate concedendam et impertiendam respective duximus, prout confirmamus, laudamus, admittimus, instituimus, investimus, concedimus et impertimur in Dei nomine, praesentium nostrarum litterarum serie; presbitero officianti in divinis praedictam parochialem ecclesiam Walchiodorensem, atque aliis omnibus et singulis presbiteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis nobis subditis in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo. Propterea earundem tenore mandantes, quatenus, visis et receptis presentibus, et postquam earum vigore desuper requisiti fuerint, seu aliquis eorundem requisitus fuerit, praedictam parochialem ecclesiam ob hoc personaliter accedendam, eundem dominum Nicolaum, abbatem, ejusve procuratorem legitimum pro eo ejusque nomine, in et ad veram, realem et actualem possessionem praedictae ecclesiae parochialis nostra autoritate praedicta, quatenus opus erit, ponant et inducant, calicem, libros, missale et alia ejusdem parochialis ecclesiae ornamenta et insignia eidem domino Nicolao, abbati, aut ejus procuratori praedicto, in signum verae et realis possessionis hujusmodi tradendae et deliberandae, sibique domino abbati aut ejus procuratori praedicto de omnibus et singulis ejusdem parochialis ecclesiae fructibus, redditibus, proventibus et emolumentis temporibus ad hoc aptis respondeant, et ab aliis, in quantum in vobis fuerit, faciatis et mandetis plenarie et integre responderi, et quid in praemissis feceritis nobis, quatenus opus fuerit, fideliter et liquide rescribatis.

In cujus rei testimonium sigillum majus curiae nostrae archidiaconalis praesentibus nostris litteris duximus appendendum.

Datum Leodii, anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, mensis martii die ultima.

Subsignatum erat originali pergameneo :

VANDERNOOT, archidiaconus Hannoniae.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. V, fol. 240 r° — 250 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXXVI.

Georges d'Autriche, évêque de Liége, confirme les monastères de Waulsort et d'Hastière dans la possession des églises paroissiales de Waulsort, Falmagne et Hastière.

13 avril 1553.

Georgius ab Austria, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Leodiensis, dux Bullonensis, comes Lossensis etc. Reverendo ac dilecto nobis in Christo abbati et conventui ecclesiarum sive monasteriorum de Walciodoro et Hastiers, nostrae Leodiensis dioecesis, canonice unitorum, salutem. Cum..... *Suit le même texte que celui du document n° LXXXV, que, nous avons donné ci-dessus, p.* 169, *avec l'addition des mots* et Erardi, *dans l'énumération des évêques de Liége ayant accordé des confirmations des possessions. Le document se termine de la manière suivante* :

In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad causas praesentibus duximus appendendum.

Datum anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, mensis aprilis die decima tertia.

Etait signé à l'originelle en parchemin : Jo. Huetius, sigillifer.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. II, *capsa Falmagne, etc.*, n° 13, fol. 195, aux Archives de l'Etat, à Namur.

LXXXVII.

Antoine Havet, évêque de Namur, distrait Gérin de la paroisse d'Onhaye et l'érige en quarte-chapelle indépendante.

26 juillet 1575.

Anthonius Havetius, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Namurcensis, universis et singulis praesentes nostras litteras visuris, lecturis pariter et legi audituris, salutem

Digitized by Google

in Eo, qui omnium est vera salus. Circa ecclesiarum et locorum earundem statum salubriter dirigendum juxta pastoralis officii nostri debitum considerationis intuitu in his eis libenter assistimus, per quae animarum consulatur saluti ac personarum commoditatibus providetur, quemadmodum ecclesiarum ipsarum necessitas exigit, causae suadent rationabiles et catholici populi incrementum exposcit, quatenus ecclesiarum earundem status immutetur seu in melius reformetur, prout, rerum, locorum et temporum circumstantiis pensatis, id noverimus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte reverendi domini abbatis Walciodorensis et Hasteriensis, uti domini temporalis loci seu pagi de Gerin, totiusque communitatis seu universitatis et hominum incolarum seu habitatorum, et appendicum ejusdem loci, qui sub parochiali ecclesia villae de Onhaye, nostrae dioecesis, existebat, nobis expositum fuit, quod, licet ab antiquissimis temporibus ecclesia seu quarta capella praetacti loci de Gerin subfuerit et sit annexa praetactae ecclesiae de Onhaye, cujus rectores, videlicet pastor et persona, vicissim solebant olim per singulas quindenas diebus dominicis summum sacrum in dicta ecclesia de Gerin celebrare, cum consecratione aquae lustralis et aliis officiis curae pastorali incumbentibus, illud tamen, partim propter locorum praefatorum distantiam, partim etiam quod numerus incolarum de Gerin multum sit augmentatus, ita quod praefati pastor et persona piis eorum desideriis satisfacere non potuerint, ab aliquot annis omissum fuit; et, sicuti eadem subjungebat expositio, cum ex decimis agrorum de Gerin, ad praefatum dominum abbatem spectantibus, praefata persona suam quotam sive portionem percipiat, ubi e diverso curatus d'Onhaye ex decimis ejusdem loci d'Onhaye suam portionem percipit, ita quod ea ratione praetactus personatus a praefata cura d'Onhaye separari et dismembrari, ac praedicta capella de Gerin exinde in quartam capellam erigi posset; idcirco pro parte praefatorum domini abbatis et habitatorum de Gerin nobis humiliter supplicatum fuit, quatenus, praemissis

Digitized by Google

attentis, praetactam capellam de Gerin totamque communitatem, universitatem et homines seu habitatores illius, a praetacta parochiali d'Onhaye separare, dividere et dismembrare, ipsamque capellam praedictam in quartam capellam erigere, incolasque seu habitatores hujusmodi praetactae capellae sic in quartam capellam erectae subjicere, sacramentaque ecclesiastica parochianis ejusdem de cetero inibi administrandum esse decernere, ac curatum in eadem, qui in omni hora praesto adesse, ipsaque sacramenta administrare et exhibere valeat, instituere vellemus et dignaremur, offerentibus incolis et habitatoribus hujusmodi praetactam capellam suis expensis reparare ac eorum curato domum pastoralem edificare, illique aliquam competentiam terrarum et pascuorum portionem a praestatione seu solutione decimarum liberam assignare. Nos igitur Antonius, episcopus praefatus, et etiam quoad supra et infra scripta a sancta Sede Apostolica seu per sacrum generale concilium Tridentinum delegatus et deputatus, attendentes petitionem hujusmodi, praemissis veris existentibus, fore justam et rationi consonam, de praemissis omnibus et singulis, ac eorum circumstantiis, inquisivimus et nos diligenter informavimus. Et, quia per informationem sufficientem comperimus praemissa exposita, uti praemiserunt, veritati niti, et nihilominus reverendum dominum abbatem praefatum, praetacti personatus patronum et collatorem, suum in praemissis eatenus consensum praebuisse, quatenus praetactae quartae capellae de Gerin, quemadmodum pridem personatus d'Onhaye, collatio sibi et suis successoribus remaneat, quodque dicti incolae tenebuntur ad praestationem campanarum, ornamentorum et aliorum necessariorum ad dictam quartam capellam, simul etiam ad solutionem visitationis, obsonii et cathedratici, cum protestatione etiam, quod nihil aliud praestare intendat, quam ante dismembrationem praetactam solitus fuit, authoritatem nostram interponentes, atque adeo nobis pro hac vice ipsius capellae collationem pleno jure, et deinde, postquam eandem quomodo-

Digitized by Google

cumque vacare contigerit, rectoris ad illam praesentationem praefato domino abbati reservavimus, et insuper praetactae ecclesiae dismembratae curati, suorumque in illa successorum, indemnitati consulere cupientes, dictorum incolarum de Gerin oblationem et legis operas desuper subsequutas praesentibus nostris transfigi jussimus.

Quibus praemissis ac salvis protestationibus praefati domini abbatis, authoritate praefata praetactum personatum d'Onhaye ac villam de Gerin cum suis incolis et inhabitatoribus a praefata parochiali ecclesia d'Onhaye illiusque rectoris cura et regimine exemimus, separavimus, divisimus et dismembravimus, ac perpetuis futuris temporibus separavimus, divisum dismembratumque esse et manere voluimus, ac ipsam capellam in quartam capellam cum omnibus juribus et insigniis ad quartam capellam spectantibus erigimus, et incolas seu habitatores villae hujusmodi sic erectae quartae capellae subjicimus et pro exercitio curae seu regiminis animarum dictorum incolarum seu habitatorum rectorem habilem et idoneum, qui praesit et prosit, honorabilem virum dominum et magistrum Joannem Hoghen, praefati personatus ultimum possessorem, qui in hujusmodi erectionem similiter consentit, constituimus, eidemque de praetacta capella providemus cum juribus et pertinentiis suis et decimis in loco de Gerin sitis, quaeque pridem ad praetactum personatum spectarunt, absque aliqua alia praesentatione sive admissione desuper hac vice fienda; et ulterius bona per incolas de Gerin in dotationem praetactae capellae collata, inque legis operibus hisce transfixis specificata, et per praefatum dominum abbatem a contributione decimarum exempta, eidem capellae appropriamus, incorporamus et amortizamus ac ecclesiasticae libertati adscribimus. Quocirca universis et singulis presbiteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis, nobis subditis, in virtute sanctae obedientiae districte praecipientes mandamus, quatenus praefatum dominum et magistrum Johannem, ejusve procuratorem le-

Digitized by Google

gitimum, pro eo et ejus nomine tantum, ad veram, realem, corporalem et actualem dictae quartae capellae, sic per nos erectae et institutae, ac eidem collatae, possessionem, fructuumque, redditiuum et proventuum ejusdem, ponant et inducat, sibique aut procuratori suo praedicto de ejusdem fructibus, redditibus et proventibus universis respondeant, et ab aliis integre responderi faciant et procurent temporibus et locis ad hoc aptis et congruis. Quae omnia et singula supra scripta perpetuis futuris temporibus inviolabiliter et inconcusse observari volumus atque mandamus.

In quorum praemissorum omnium et singulorum fidem, robur et testimonium, sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponendum.

Datum Namurci, sub anno Domini sesquimillesimo septuagesimo quinto, mensis julii die vigesima sexta.

Subsignatum erat : Kantilerius, vicarius generalis ac sigillifer Namurcensis.

Était à la copie originel écrit et signé : Concorde à sa lettre originelle, tesmoin : Jean Baptiste Wauthier de Goffor, 1686.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. II, fol. 269 svv., *capsa Gedinne*, *Gérin*, etc., n° 10, aux Archives de l'État, à Namur.

LXXXVIII.

François Walloncapelle, évêque de Namur, fixe la délimitation des paroisses d'Onhaye et de Gérin.

7 mars 1589.

Franciscus Waloncapele, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Namurcensis, universis et singulis nostras litteras visuris et legi audituris salutem in Domino. Noveritis pro parte nobis in Christo dilectorum dominorum curatorum ecclesiarum parochialium d'Onhaye et Gerin, nostrae dioecesis,

Digitized by Google

expositum esse, quod, licet piae memoriae praedecessor noster in episcopatu nostro Namurcensi capellam praetacti Gerin a praedicta parochiali d'Onhaye dismembraverit, capellamque hujusmodi in parochialem ecclesiam seu quartam capellam erexerit, in locis terminorum hujusmodi dismembrationis utriusque parochiae limites undequaque non fuisse expressos seu satis distinctos; et eapropter ad tollendam et amovendam omnem controversiam, quae exinde oriri posset, de mutuo praefatorum exponentium consensu, parochiarum earundem hujusmodi fecimus distinctionem, videlicet quod pastor de Gerin et sui in eadem parochiali successores habebunt eidem parochiali annexam villam de Fetroulle cum suis juribus et pertinentiis, nec non unum florenum et decem rasarias speltae legatas pro certis anniversariis, quae olim percipere solebant pastor et persona d'Onhaye; vice versa pastor d'Onhaye et ejus similiter in eadem parochiali d'Onhaye successores habebunt et percipient emolumenta ex villis de Freir et Melin, seu ab earum incolis provenientia. Quibus mediantibus, tenebuntur iidem exponentes et eorum successores alternatis vicibus in capella loci de Wellien dominicis et festis diebus sacrum facere et illius incolis sacramenta ecclesiastica administrare.

In quorum praemissorum fidem et testimonium hasce exinde fieri et per notarium publicum, curiae nostrae episcopalis scribam infra scriptum, subscribi, sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Namurci, die 7ma martii 1589.

Erat infra scriptum : De mandato reverendissimi : LEONARDUS DE HACURIA, notarius.

Puis écrit et signé à la copie : Concorde au chassereau de la cure de Gérin, reposant ès mains du pasteur moderne d'iceluy, le premier d'octobre 1686. Tesmoin : JEAN BAPTISTE WAULTHIER DE GOFFOR, 1686.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. II, fol. 272, *capsa Gedinne, Gérin*, etc., n° 10, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

LXXXIX.

Le pape Paul V accorde à l'abbé de Waulsort, pour un terme de trois ans, la faculté de faire desservir par ses religieux les églises de Gedinne, Anthée (?), Onhaye, Gérin et Pondrôme.

23 septembre 1606.

Paulus papa V. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod, cum praecipua monasteriorum invicem perpetuo unitorum de Wasors et Hastiers, ordinis sancti Benedicti, Namurcensis diocesis, quae obtines, bona, redditus et proventus consistant in decimis, quae percipi solebant in locis de Gedinne et Anthinne, Leodiensis diocesis, necnon de Onhaye, Gerin et Pondresme, Namurcensis diocesis, non procul a dictis monasteriis sitis; quorum locorum parochiales ecclesiae fuerunt ab antiquo eisdem monasteriis loco dotis unitae, ob diuturna bella regni Franciae, quae loca hujusmodi cum suis ecclesiis ad desolationem redegerunt, necnon etiam ob miserias et calamitates, quas, jam abhinc quadraginta annis et amplius, ex bellicis Belgii tumultibus, qui adhuc flagrant, eadem loca pertulerunt, abbas et conventus dictorum monasteriorum adeo parum emolumenti ex dictis decimis percipiunt, ut, de dicta congrua portione vicariorum, qui in dictis locis curam sustinent animarum, vix sufficiat ad reaedificationem et restaurationem ecclesiarum eorumdem locorum, quae partim per dicta bella incendio absumptae, partim dirutae et laceratae fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, in vacatione dictarum parrochialium ecclesiarum seu illarum vicariarum perpetuarum difficultas reperiendi viros ecclesiasticos, habiles et idoneos, qui onus curae animarum suscipiant ac verbo et exemplo oves sibi creditas pascere norint, oriatur, ac ii, qui sunt habiles et idonei, loca quaerant non desolata neque quotidianis periculis,

Digitized by Google

direptionibus et insultibus obnoxia, sicque miseri dictorum locorum incolae non solum rerum temporalium, sed etiam animarum suarum jacturam faciant, propterea tu, qui habes copiosum numerum religiosorum, quorum plurimi sunt in casibus conscientiae bene versati ac doctrinae scientiae et moribus sufficienter instructi ad praedicationis munus obeundum et curam animarum sustinendum, alias in monasterio latitantes, nullum in vinea Domini faciant fructum, extra vero adferrent uberrimum pro remedio animarum, adveniente vacatione dictarum quinque parrochialium ecclesiarum seu illarum vicariarum perpetuarum, quarum jus praesentandi ad te, ut asseris, spectat, unum ex tuis religiosis ad tui nutum amovibilem ad illas, ut infra, praesentare posse desideras, si nostra et Apostolicae Sedis licentia ad hoc sibi suffragetur. Ideo nobis humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis tibi indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, istarum ecclesiarum utilitati et Christi fidelium animarum saluti pro nostro pastorali munere prospicere, teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum, tibi, ut, ad triennium tantum et durantibus inibi tumultibus, miseriis et calamitatibus bellicis, ad quamlibet quinque ecclesiarum parochialium praedictarum seu illarum perpetuarum vicariarum, adveniente illarum vacatione, unum ex religiosis tui ordinis ad curam animarum exercendam aptum et idoneum, ad tui nutum amovibilem, nominare et praesentare libere et licite possis et valeas, autoritate apostolica tenore praesentium licentiam et facultatem concedimus et indulgemus, nonobstantibus consti-

Digitized by Google

tutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictorum monasteriorum et ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomolibet concessis, confirmatis et approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die vigesima tertia septembris 1606, pontificatus nostri anno secundo.

Erat signatum originali pergameneo : Scipio Cobillutius.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Waulsort*, n° 53, fol. 240 ro—241 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

XC.

François Buisseret, évêque de Namur, accorde à l'église de Serville le privilége des fonts baptismaux et le droit de conserver les Saintes-Huiles.

31 juillet 1614.

Franciscus Buisseret, Dei et Apostolice Sedis gratia episcopus Namurcensis, universis et singulis hasce visuris, lecturis et legi audituris, salutem in Domino. Pro parte nobis dilectorum incolarum et inhabitatorum locorum de Serville, Ostemrée et Feter, sub ecclesia parochiali de Hastier, nostre diocesis, existentium, nobis expositum est, quod in dicto loco de Serville existat ecclesia admodum antiqua, parochiali pretacte, uti dicitur, incorporata, et ab anteacto tempore nonnulli sacerdotes deservierant, et novissime dominus Rochus Boliet, post eum quidam religiosus monasterii de Walchor, qui ad dictum monasterium redire coactus fuit ob tenuem competentiam, quam exponentes ei dabant; et, sicuti eadem expositio subjungebat, quod dicta ecclesia de Serville et alia loca pretacta a predicta parochiali de Hastier distent per sesquimilliare vel circiter, et propterea, et ob alia impedimenta in transjiciendo flumine

Digitized by Google

Mosa subinde obvenientia, ad dictam parochialem de Hastier exponentibus difficile sit admodum accessus, illisque accedit, quod, dum proles ad vicina loca ad baptisandum deferuntur, in itinere aliquando moriuntur, et egroti sacramento Extreme Unctionis frustrantur, supplicarunt nobis exponentes prefati, quatenus in dicta ecclesia de Serville fontem baptismalem erigendi et oleum sacrum pro administratione sacramenti Extreme Unctionis ibi asservandi licentiam ipsis concedere vellemus et dignaremur. Nos vero Franciscus, episcopus prefatus, justis postulatis exponentium annuentes, maxime cum de prenarrata veritate ex oculari inspectione nobis constet, ut exponentes prefati, sine prejudicio matricis ecclesie de Hastier, in dicta ecclesia de Serville fontem baptismalem et oleum sacrum pro administratione dicti sacramenti Extreme Unctionis habere respective possint, ipsis licentiam concedimus et facultatem gratiose impertimur per presentes, proviso tamen, quod quelibet familia dictorum exponentium deservitori dicte ecclesie de Serville, auctoritate nostra vel successorum nostrorum approbato vel approbando, qui pro tempore erit, tres sextarios spelte quotannis pro competentia sua contribuere, et residuum, quod ei deerit, reverendus dominus abbas dicti monasterii de Walsoir complere respective teneantur ; concedentes insuper eidem pro tempore deservitori licentiam sacramenta baptismi et Extreme Unctionis subditis dicte ecclesie de Serville administrandi.

In cujus rei testimonium has nostras exinde fieri et per notarium publicum, curie nostre scribam infrascriptum, subscribi sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Namurci, die ultima mensis julii 1614.

Erat originale in pergameno signatum et scriptum : De praefati reverendissimi domini mei mandato : Lib. de Furmia, notarius, 1614.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Soulme, Surisse, Sosoie, Serville*, etc., n° 5, fol 16 r° — 17 r°, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

XCI.

Bulle du pape Urbain VIII touchant la collation de la cure de Gedinne appartenant à l'abbé de Waulsort.

12 juillet 1636.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Joanni a Chokier, venerabilis fratris nostri episcopi Leodiensis vicario generali, salutem et apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id praevia virtutum merita laudabiliter suffragantur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Johannis de Suray, presbyteri Leodiensis dioecesis, petitio continebat, quod alias seu nuper, perpetua vicaria parochialis ecclesiae beatae Mariae loci de Gedinna, praefatae Leodiensis dioecesis, monasterio de Waulsor, sancti Benedicti seu alterius ordinis, dictae dioecesis, perpetuo canonice unitae, tunc per obitum quondam Augustini de Pottieres, ipsius ecclesiae, dum viveret, vicarii perpetui, extra Romanam curiam de mense maii proxime praeterito defuncti, vacante, de illa sic vacante per dilectum filium modernum dicti monasterii abbatem, ad quem ratione dictae unionis collatio ejusdem vicariae, dum pro tempore vacat, spectat, eidem Joanni ordinaria sua autoritate extra dictam curiam provisum fuit, possessione forsan, nulla tamen fructuum perceptione subsequuta. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ex forma constitutionis felicis recordationis Pii papae V, praedecessoris nostri, super portione vicarii assignanda editae, novam provisionem dictae vicariae a Sede Apostolica petere teneatur, nos, volentes eundem Joannem, asserentem se ex dicta [dioecesi] oriundum esse, ac apud nos de vitae ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratiose, ipsumque Joannem a quibusvis excommunicationis, suspensionis et

Digitized by Google

interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem per te, adhibitis examinatoribus ad hoc a concilio Tridentino designatis, si istic sint, uti esse debent, in sinodo diocoesana deputati, sin autem, absque illis, faciendam, dictum Joannem ad hoc idoneum esse repereris (super quo conscientiam tuam oneramus), vicariam praetactam, cujus et illi forsan annexorum fructus, redditus et proventus, viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum, ut dictus Joannes asserit, non excedunt, sive, ut praefertur, sive alias quovis modo aut ex alterius cujuscumque personae seu per liberam resignationem dicti Augustini vel cujusvis, de illa extra dictam curiam et coram notario publico et testibus sponte factam, aut constitutionem piae memoriae Joannis papae XXII et praedecessoris nostri, quae incipit : *Ex..*, vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinis autoritate collati vacet, et, si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem praetactam legitime devoluta, ipsaque vicaria dispositioni apostolicae specialiter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, cum annexis hujusmodi ac omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Johanni autoritate nostra conferas et assignes; introducens per te vel alium, seu alios, eundem Joannem, vel procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem vicariae ac annexorum, juriumque et pertinentiarum praedictorum, et defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens Joannem, vel pro eo procuratorem praetactum, ad vicariam hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis,

Digitized by Google

integre responderi, contradictorem autoritate nostra praetacta, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus recolendae memoriae Bonifacii papae octavi, similiter praedecessoris nostri, et aliis apostolicis constitutionibus, dictique monasterii et ordinis, cujus illa existit, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque, aut si aliquae super promotionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictae Sedis aut legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodo libet sit processum. Quibus omnibus dictum Joannem in assequutione dictae vicariae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem bonorum aliorum, praejudicium generari etiamsi venerabili fratri nostro episcopo Leodiensi vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel promotionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nos enim, si dictus Joannes ad hoc repertus fuerit idoneus, ut praefertur, ex nunc perinde irritum decernimus et inane, si secus super his a quoque quavis autoritate scienter vel ignoranter attrectari contigerit ac si die datae earundem praesentium dicto Joanne, ad id reperto idoneo, de dicta vicaria cum interpositione decreti hujusmodi mandavissemus provideri.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, quarto idus julii, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. V, fol. 59 — 61 r°, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

XCII.

Le Souverain Pontife Alexandre VII nomme Pierre Janiot curé ou vicaire perpétuel de Gedinne.

27 novembre 1657.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis sancti Pauli et sancti Martini, Leodiensium secularium et collegiatarum ecclesiarum decanis, et officiali Namurcensi salutem et apostolicam benedictionem. Vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Petrus Janiot, presbiter Leodiensis dioecesis, apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, perpetua vicaria parochialis ecclesiae loci de Gedinne, Leodiensis dioecesis, monasteriis invicem perpetuo canonice unitis de Wasoor et Hastier, ordinis sancti Benedicti, Namurcensis dioecesis, perpetuo unitae, quam quondam Guillielmus Libion, ipsius ecclesiae vicarius perpetuus, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Guillielmi, qui extra Romanam curiam de mense septembri proxime praeterito, concordatis Germaniae inibi vigentibus, diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad praesens, nos eidem Petro, qui per dilectos filios examinatores in synodo dioecesana Leodiensi, juxta formam concilii Tridentini deputatos examinatus et idoneus repertus, testimonio ordinarii de vita et moribus, ac idoneitate commendatur, asserenti se ad dictam vicariam, ut praefertur, vacantem a dilectis filiis moderno priore et conventu eorundem monasteriorum, ad praesens abbatis regimine destitutorum, infra legitimum tempus nominatum fuisse, praemissorum meritorum suorum intuitu realem graciam facere volentes, ipsumque Petrum a quibusvis excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum,

Digitized by Google

harum serie absolventes et absolutum fore censentes, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios, vicariam praetactam, cujus et illi forsan annexorum fructus, redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annuum, ut dictus Petrus asserit, non excedunt, sive, ut praefertur, sive alias quovis modo aut ex alterius cujuscumque persona seu per liberam resignationem dicti Guillielmi, vel cujusvis alterius, de illa extra dictam curiam et coram notario publico et testibus sponte factam, aut assequutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria autoritate collati vacet, et si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, ipsaque vicaria dispositioni apostolice specialiter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, cum annexis hujusmodi ac omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Petro conferre et assignare autoritate nostra curetis; inducentes ipsum Petrum, vel procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem vicariae ac annexorum, juriumque et pertinentiarum praedictorum, et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes Petrum, vel pro eo procuratorem, praetactum ad vicariam hujusmodi, ut est moris, admitti, sibique de illius ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores autoritate nostra praetacta, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae octavi, praedecessoris nostri, et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque, aut si aliqui super promotionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictae Sedis aut legatorum ejus litteras impetrarint, etsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias

Digitized by Google

quomodolibet sit processum. Quibus omnibus dictum Petrum in assequutione dictae vicariae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assequutionem beneficiorum aliorum praejudicium generari, etiamsi venerabili fratri nostro episcopo Leodiensi vel quibusvis aliis, communiter aut divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoque quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae 1657, quinto kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertio.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. V, fol. 62 vo — 64 ro, aux Archives de l'État, à Namur.

XCIII.

Jean de Chokier, vicaire général de Liége, approuve la collation de la cure de Gedinne faite par l'abbé de Waulsort à Jean de Suray.

4 mai 1638.

Joannes a Chokier, juris utriusque doctor, canonicus et vicarius in spiritualibus generalis Leodiensis, necnon fori gratiosi officialis judex, executor et commissarius a sanctissimo domino nostro Urbano, papa octavo, specialiter datus et deputatus, universis et singulis praesentes nostras litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis nobis pro parte dilecti nobis in Christo Johannis de Suray, presbiteri Leodiensis,

Digitized by Google

nostrae dioecesis, praesentatas fuisse litteras apostolicas sanctissimi domini nostri papae, ad nos dicta qualitate officialis directas, sanas et integras, quibus praesentes nostrae transfiguntur; et pro parte ejusdem nobis supplicatum, quatenus ad earundem litterarum executionem procedere vellemus et dignaremur. Unde volentes, ut par est, mandata apostolica debitae demandare executioni, constitoque nobis, quod praetactus Johannes habilis sit et idoneus ad obtinendam et retinendam perpetuam vicariam parochialis ecclesiae beatae Mariae loci de Gedonia, praetactae Leodiensis dioecesis, aliisque rite peractis et examinatis, nos eidem Joanni Suray praetactam vicariam, per obitum quondam Augustini de Pottières seu alias, prout iisdem litteris continetur, vacantem, autoritate apostolica nobis hac in parte attributa conferimus, et assignamus per praesentes, mandantes eadem autoritate omnibus et singulis, quorum interest et intererit, ut praetactum Joannem Suray, seu illius legitimum procuratorem pro eo, in corporalem et actualem dictae vicariae possessionem inducant et defendant inductum, illique de juribus, proventibus et emolumentis universis praetactae vicariae respondeant, et ab aliis, quantum in ipsis est, responderi procurent temporibus et locis ad hoc aptis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae octavi ac aliis, quae idem sanctissimus dominus noster Urbanus papa octavus, voluit non obstare.

In quorum fidem praesentes, manu nostra propria signatas, sigillo nostro communiri et per notarium sigilli majoris serenissimae Suae Celsitudinis subscribi fecimus.

Datum Leodii, in aedibus nostris claustralibus, anno Domini 1638, mensis maii die quarta.

Signatum erat originali pergameneo : Jo. A. Chokier, vicarius praetactus.

Inferius erat : De mandato reverendi admodum domini vicarii et officialis et commissarii : M. Muno, notarius.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. V, fol. 61 vo et 62 ro, aux Archives de l'État, à Namur.

Digitized by Google

XCIV.

Othon, cardinal légat du Saint-Siége, permet aux religieux de Waulsort de faire desservir par des vicaires perpétuels les églises paroissiales qu'ils ont au pays de Liége.

Sans date; vers 1254 ?[1]

Otto, miseratione divina sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, dilectis in Christo abbati et capitulo Walciodorensi, Leodiensis diocesis, salutem in Domino. Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum quasdam habeatis parochiales ecclesias, in quibus jus patronatus habetis, nec tamen potestis in eis personaliter deservire, propter quod tam vestrum quam ipsorum, quorum debetis curam gerere, periculum formidatis, vobis super hoc salubre consilium apponere dignaremur. Nos igitur, tam vestrarum quam aliorum animarum saluti providere volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in ecclesiis Leodiensis diocesis, in quibus hujusmodi jus habetis, de consensu diocesani vestri et archidiaconi loci, possitis per idoneos et perpetuos vicarios deservire, qui curam suscipiant animarum et de ipsarum ecclesiarum proventibus, juxta ordinationem aliquorum prudentium, congruam recipiant portionem, diocesano et archidiacono loci de suis juribus responsuri, vosque in usus vestros residuum libere convertatis. Quod si medio tempore aliquid humanitus de vicariis ipsis contigerit, volumus, ut, uno mortuo, alius per vos sub eadem provisione substituatur ibidem.

Datum Valencinis, 3 nonis maii.

Cartulaire de Waulsort et d'Hastière, liv. IV, *capsa Waulsort*, n° 11, fol. 146 r° et v°, aux Archives de l'État, à Namur.

[1]) Dans les séries des cardinaux diacres on trouve, en 1254, un certain Othon surnommé Grillus, qui fut chargé d'une légation en Allemagne.

Digitized by Google

Documents concernant le béguinage de Malines.

I.

Lutgarde, béguine, achète de Jean de Hombeek pour le béguinage de Malines, une rente de quinze sols de Louvain[1].

26 mai 1283.

Universis presentes litteras visuris Nicholaus Parthamenarius, Willelmus de Bruxella, scabini de Vado Neptuni, salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod, cum magistratus curtis beghinarum Machlinensis comparavit legitime erga Johannem de Hombeka super unum bonarium terre arabilis jacentis retro pomerium, quod fuit Reneri de Eppengem, appellatum vulgariter Troien, quindecim solidos Lovanienses parve monete, annui census, tandem ad monitionem domini fundi et iudicium censuarorum dictus Iohannes de Hombeke optulit in manu dicti domini fundi dictum censum effestucando renuntians eidem censui ac omni iuri, quod in eo habuit seu habere potuit, ad opus sepedicti magistratus. Quem censum Luta, beghina in eadem curte commorans, recepit ad opus predicte curtis de manu sepedicti domini fundi; qui investivit seu hereditavit Lutam in prefato censu, salvo jure cujuslibet, adhibitis sollempnitatibus iuris, que talibus solent adhiberi, per sententiam antedictam. Quem censum dictus

[1]) On lit sur le dos du document : « Litera de xv solidis Lovaniensi-» bus supra unum bonarium terre arabilis condam Johannis de Hom-« beke, situm retro unum pomarium, dictum vulgariter Troyen, « extra portam vaccarum, m° cc° lxxxii ; « et « xv solidi, Luta int « heilege geesthus behoret ». On y lit encore : « Nu Martha de beggine « dochter Mrs Jans Thieles, vanden lande aent quaetkerckhoff, buyten « de Coey poort » — et l'inscription : «Mussen convent oft H. Geest « convent. »

Digitized by Google

Iohannes solvet et solvere tenebitur dicto magistratui duobus terminis anni, pro una videlicet medietate ad Natale Domini, pro altera in festo nativitatis beati Iohannis Baptiste. In cujus rei geste coram nobis testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo octagesimo tercio, in vigilia Ascencionis.

Original sur parchemin, muni d'un petit sceau en cire brune, conservé en partie; le second sceau est enlevé. — Archives du béguinage de Malines.

II.

Le béguinage de Malines achète la rente de quinze sols de Louvain, dont il est question dans l'acte précédent.

5 juin 1283.

Alle de gene die dese lettren selen sien ic DOMMAES[1], overste pape van den beghinen hove van Megelne, ende wi OVERSTE MESTERSEN van den selven hove grote wi in onsen Here ende doen hen te verstane dat wi hebben gecocht met den penningen die ons gaven Henric Baceleer, Alijt Vander Nawerstraten, ende Mergrite, hore suster, xv stuvers lovens clenre monten jaerlikes siens, half te kersavonde ende hal te sinte Iansmisse te geldene, iegen Ianne van Hombeke, op ein bonre winnens lans, dat gelegen es agter den bogart die was eer Reiners van Epengeem, dien men heit Troien, dat Arnoud houd, dimen heit Cropel, op enen erveleken siens, dese heeft Lutgart de beghine ontfaen des vore genomet hoves boef[2] met meningen[3] des heren van den gronde ende vonnesse der late, ende na den sede ende de costume van den lande van Megelne, in derre

[1]) *Dommaes*, Thomas,

[2]) *Boef*, *behoef*, nécessité, besoin, utilité.

[3]) *Meningen* ou *maningen*, avertissement, monition.

Digitized by Google

manieren dat dese voregenomede xv stuvers lovens jarlikes siens[1] selen heffen ende houden de mesterse van den hus des Helegesgeist in der beghinen hof steit van Megelne. Ende de priorinne van den selven hus, soe wie soese siin ten tiden dat men dat gelt dat der vore genomet es sculdech te geldene, en keren ane den orbore[2] des hus elker iarlijc met den rade des mesterscapes van den vore gesegeden hove. Es oec dat sake dat dit voregenomede hus en bovet en gere holpen[3] binne enen jare, ochte ij, ochte iij, ochte binnen hoe langen dat es, alse van dake, ochte van wanden, ochte eregerehande stucken die ten hus behoren, alse war bi thus te vallen mogte werden, soe selen die vore genomede mesterse ende de priorinne houden dit thelt[4] tote ane der stont dats thus dat der vore genomet es heeft te done, ende kerent oet el niwerins ane dane ane thus[5]. Boven al dit soe gelove wi dat wi dit hus dat der vorenomet es, en selen mogen vercopen in gere maniren no verwandelen, maer selent houden tenen godshuse alse lange als het duren mach. Ende omme dat dit vast ende gestedech blive, soe hebbe wi onse segele ane dese lettren gehangen.

Dese lettren waren gegeven doemen screef van der gebort ons Heren m°. cc°. lxxxiij°, en ginchcenavonde.

Original sur parchemin, muni de deux sceaux en cire bien conservés : l'un avec la figure de sainte Catherine tenant de la main droite un glaive et de la gauche un livre ; la légende porte : S. CURTIS BE KA..... (c'est-à-dire BEATE KATHARINE)..... GHINARUM IN MACHLINIA ; l'autre sceau représente un aigle aux ailes déployées, et a pour légende : S. THOME DE FILFORD PBRI — Archives du béguinage de Malines.

[1]) *Jarlike siens, jaarlijke cyns*, cens annuel.

[2]) *Orbore* et *orbare*, utilité.

[3]) *Bovet en gere holpen, behoeft geene hulp*, n'a pas besoin de secours.

[4]) *Thelt*, pour *geld*, argent.

[5]) *Ende kerent oet el niwerins ane dan ane thus*, c'est-à-dire, *en het uitkeeren nergens* (en patois *nieverans*) *aan dan aan het huis*, et ne l'employer à autre chose qu'à la maison.

Digitized by Google

III.

L'abbé de Saint-Bernard-sur-l'Escaut, Sophie, dame de Malines, et les maîtresses du béguinage de la même ville attestent que feue Marie, dame, de Malines, a légué vingt setiers de seigle affectés à diverses fondations.

15 juillet 1284.

Universis presentes litteras visuris Dei... patientia abbas loci sancti Bernardi juxta Scelle, Cysteriensis ordinis, SOPHIA DE MACHLINIA, filia domini W. Berthout, domini de Machlinia, necnon MAGISTRE SUPERIORES CURTIS BEGHINARUM MACHLINENSIS, salutem in Domino. Noverint universi, quod nobilis matrona domina Maria, bone memorie, quondam domina Machlinensis, coram nobis ordinavit et precepit inviolabiliter observari viginti sistaria siliginis vel circiter ad mensuram Machlinensem, census annui, recipienda in bonis de Eppenghem perpetuis temporibus, distribuere et conferre in modum subscriptum, videlicet capellano deservienti altari sito in curte beghinarum Machlinensi, quod dicta domina fundari fecit in eadem, decem sistaria siliginis promptiora in dictis bonis de Eppenghem recipienda perpetuis temporibus; item tria sistaria, in die anniversaria sua intra curtim beghinarum Machlinensem pro suffragiis orationum annuatim eroganda, sub hac conditione, quod post decessum nobilis viri domini W. Berthout, domini Machlinensis, dicte domine mariti, in die anniversaria ejusdem domini una medietas trium sistariorum siliginis predicte modo predicto pro suffragiis orationum circumferatur infra curtim supradictam; item siste[1] curtis ejusdem duo sistaria; item cuilibet domui de duabus, quas fundari fecerat dicta domina in prefata curte, videlicet uni site juxta cymiterium, et alteri in fine platee, qua tenditur versus domum Elizabeth de Ralenbeke,

[1]) *Sista* pour *cista*, coffre, caisse.

Digitized by Google

unum sistarium. Que magistre domorum predictarum, quecumque fuerint pro tempore, annis singulis recipient et in usus reparationis ipsarum domorum convertent de superiorum consilio magistrarum. Si vero dicte domus annua reparatione non indigeant, predicta duo sistaria siliginis ipsis domibus deputata in certo loco reponantur, donec eedem domus reparatione indigeant; et nusquam alibi quam ad reparationem domorum earumdem convertantur, prout ipsis superioribus magistrabus videbitur expedire. Insuper assignavit dicta domina presbitero superiori sepedicte curtis ad augmentationem sui beneficii tres libras Lovanienses parve monete, census annui, donec ipsi provisum fuerit de beneficio .....[1] beghinarum competenti, aut cura sibi commissa fuerit in dicta curte animarum..... presbitero, ut dictum est, proviso, ordinavit dicta domina et assignavit eidem presbitero de dictis tribus libris viginti solidos annuatim; item capellano predicto suo altari deservienti viginti solidos, et pro suffragiis orationum viginti solidos in anniversario suo infra curtim beghinarum Machlinensem perpetuis temporibus erogari. In cujus rei testimonum nos abbas, Sophia et magistre superiores predicti sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda.

Datum anno Domini m. cc. lxxx^{mo} quarto, in divisione apostolorum.

Original sur parchemin, muni de trois sceaux plus ou moins frustes. Le premier, celui de l'abbé, est ovale et représente saint Bernard; le second, celui de la dame Sophie, est rond et porte la légende ... DE MACHL ...; le troisième est le même que le premier de l'acte précédent. — Archives du béguinage de Malines.

[1]) Le document est lacéré en cet endroit, ainsi qu'à la ligne suivante.

Digitized by Google

IV.

Henri et Goswin Tielens acquièrent des propriétés aux environs de Malines[1].

1 mai 1290.

Wi Heinric Bertout, here van Duffle, groeten alle de ghene die dese lettre sullen sien ende horen lesen, ende maken hen cont dat Heine Tielens sone, met manessen[2] srechters en de met wisenessen[3] scepenen van Duffle, erveden Jhanne van Walem in een bunre lants, dat gheleghen es an ghenen Midseel. Vort maken wi cont dat Gosen Tielens, Heins broeder, die voren genoemt es, met manessen srechters ende met wisenessen scepenen van Duffle, erveden dien vorseiden Ihanne op siin hus te Papenbroec, ende in siin erve tote ses lib.; met alle derre vorworden die vore gheseit siin, so gaf Ihan van Walem Heinen Tielens en de Gosene, sinen broeder, dat vorsproken erve, daer sine in gheervet hebben, ende siin lant tote Stadiken, dat gelegen es bin enen beloke[4], op vier suster rogs Mechlensche, te leverne te Walem ochte Mechelne met der Machlenscher mate, bin tueen d. den besten, telken kersavonde vergouden te sine. Voert maken wi cont dat die Ihan van Walem heeft ghegeven dien vorseiden Heinen ende Gosene, sinen broeder, sinen beemt tote Stadiken, terveleker helft winninghen, met derre vorworden soude die vorseide Heine ende Gosen, siin broeder, die vrome[5] winnen sonder dies vorseids Ihans cost. Ende alse die vrome ghewonnen es, so sal

[1]) On lit sur le dos du document : « Lant : een bunder gelegen by « d'Midseel met meer ander erffen, » et : « Dit es van onsen lande te « Hadeiken ende in Midzhele, dat de Tielens hilden anno m° cc° xc° »

[2]) *Manesse* ou *maninge*, monition, avertissement.

[3]) *Wisenisse* ou *wisdomme*, arrêt, prononcé, sentence.

[4]) *Beloke*, enclos.

[5]) *Vrome*, récolte, fruits, avantage.

Digitized by Google

die Ihan daer comen ochte senden, ende delen die vrome op dien beemt, eer si de hare porren[1], ende dan voeren dien vorseiden Ihanne siin del sonder sinen cost te Mechelne ochte Walem, daer hi liefst heeft. Vort maken wi cont dat Heine Tielens sone ende Gosen, siin broeder, hebben gheloft dit vorsprokene goet ende dit vorsproken erve te verchensene ende alrehande recht te gheldene vor Ihanne van Walem, die vore ghenoemt es, ochte vor syne gheerven, daer dit op bliven sal; so dat die Ihan commerloes heffen sal vier suster rogs ende de helft van sinen beemde, na alle derre vorworden diere vore gheseit siin. Alle dese vorworden hebben die Heine Thielens sone end Gosen, siin broeder, gheloeft met haren monde te houdene wel ende wetteleke. Ware dat sake dat si dit niet ne hilden ende achter bleven van haerre vorworden, so soude die Ihan syn hant slaen an al dat goet daer hi in gheervet es, ende doenre sinen orbore mede, ochte sine gheerven daer dit goet op bliven sal.

Over dese vorworde so was pariis Heineman van Scepfort, Jhan van Papenbroec, Heineman van Beerct, Jhan van den Echelpoele, Jhan van Ecle, Jhan ser Wouters sone, alse scepenen van Duffle; Michiel van Walem, Jhan van den Ende, alse scepenen van Walem. Ende om dat alle dese vorworden vast ende ghestade bliven sullen, ende ons de partien dies ghebeden hebben, hebben wi onsen seghel der ane ghehanghen, behouden onsen rechte ende iegheliken sinen rechte.

Dit was ghemaect int jaer ons Heren m. cc lxxxx, in alre apostel daghe.

Original sur parchemin, muni du sceau de Henri Berthout en cire brune, représentant un cavalier. — Archives du béguinage de Malines.

[1]) *Porren*, retirer.

Digitized by Google

V.

Le frère Jean dit van den cranken, *ou* des infirmes, *reçoit pour les malades une rente annuelle de quarante sous*[1].

1 mars 1291 (nouveau style).

Wi scepenen van der eyden buten Neckerspoele ARNOUT VAN SCIPVORT ende LAMBRECHT HASAERT, wi doen cont allen den ghenen die nu syn ende wesen sullen, dat broeder Ian van den crancken[2] heft ghecreghen ten cranken bouf xl stuvers siaers erflike jeghen Woutren van sente Rumbouts up heen erve dat Adaem van der Minnen oudende was, ende dat Ian Smout oudende es, ende ghelegen es biden beghinen ove. Ende hier toe heft ghedaen dese vornomde Woutre van sente Rumbouts ant ende mont[3] dat scepenen seiden dat hiere ghenouch toe ghedaen adde. Ende desen tsens[4] salmen gheven na tsheren tsens van den gronde, ende alse sulken alse daermen mede coept ende vercoept, de ene helft te sente Ians misse ende dander helft te kersavonde. Ende dit was ghedaen bi maninghen srechters ende bi wijsdoeme der scepenen. Ende omme dat dit waer es ende seker, so obwiere wie vornomde scepenen onse propere seghele an gheangen.

Ende dese lettre was ghemaect int iaer ons Heren alsmen scrijft mcc. jaer ende xc, donresdags na sente Mathiis dach.

Original sur parchemin, muni primitivement de deux sceaux, dont un est enlevé; celui de Hasaert, représentant un dé à six points et portant la légende : .... MRACHT HASA... est conservé.—Archives du béguinage de Malines.

[1]) On lit sur le dos du document : « Toverheyde ende Pennepoel xl st. ; » — « Immerzeel ; » — « De Johanne Smout, nu Willem de Putte ; » — et : « De xl solidis emptis erga Walterum van sinte Romauds anno xx° cc, heft Ian Smout.»

[2]) Jean van den cranken était sans doute le nom donné à un frère hospitalier.

[3]) *Ant ende mont, hand en mond,* main et bouche, c'est-à-dire acte parole.

[4]) *Tsens, cyns,* cens.

Digitized by Google

VI.

Jean de Steenhuffel, chapelain de Sophie, dame de Breda et de Malines, vend, au nom du béguinage de Malines, à Goswin vanden Vroenhove, chapelain d'Eppeghem, un droit de dîme ou de quatrième gerbe, moyennant le payement par celui-ci d'un cens annuel de douze deniers, monnaie de Louvain, et sept setiers de seigle, mesure de Malines[1].

12 octobre 1296.

Alle de ghene die dese letteren selen sient en de horen PETER DIE DROGHE, ADAM VAN GALGHEDRIESCH, WOUTER VANDER ESPTH, RADBODA DE DRIVERE, WILLEM VAN WERDE ende HEENRICH VANDEN ZYPA, scepenen van Eppenghem, grutensa met kinnessa dier wareith, ende maken dat cont, dat tote voer hen quam her Jan van Steehoffela, capellaen mier joufrouwen van Breda, alse mombore ende gherech provisore dies hoves der beghinen van Mechgelna, ende gaf van dies hoefh halven en tinda ende dien virdenscoefh[2], die daertoe hoert, die dat voerghenumda hoefh houdenda es van en edelen man, greve van Vyanen ende here van Grimberghen, heren Gosena vanden Vroenhove, capellana van Eppenghem, tota sinen live ende een jar na sien liefh, op tuelefh penninghe Lovenscher munten, ende op seven Mechgelsca sister rogh, jaerlich te gheve te sintha Andries daghe en te leverna tote Mechgelna metter maten van Mechgelna, ende in tueen peningghen naest den besten, die op dien dagh comt ter march, dat men desen voerghesprokenen pagh sculdech es te leverna.

[1]) Ce document est de la plus haute importance pour l'histoire de la langue néerlandaise; on y rencontre les anciennes terminaisons en *a* des substantifs et des verbes, par exemple dans les mots *grutensa*, *kinnessa*, *Mechgelna*, *capellana*, *leverna*, etc.

[2]) *Gaf van dies hoefh halven en tinda ende den virdenscoefh*, c'est-à-dire : gaf van wegen dit hof eene tiende en den vierden schoof.

Digitized by Google

Ende in orconde derre voerghenumder dinch hebbenwi scepenen, die hier vore ghenumt sien, besegelt dese letteren met onsen segela. Int iaer ons Here dat men scriefh ducentegh tue hondert en de sessa enden negentech, dies vridaghsch na senta Danies dagh.

Original sur parchemin, muni d'un sceau en cire verte bien conservé, portant la légende : S. SCABINORVM DE EPPENGHEM. — Archives du béguinage de Malines.

VII.

Vidimus *pour un acte de Godefroid, comte de Vianen et de Grimbergen, adhéritant Jean de Steenhuffel, chapelain de Sophie, dame de Breda et de Malines, d'une rente annuelle de quarante-trois deniers*[1].

30 mai 1297 et 11 janvier 1298 (nouveau style).

Wi meester CLAUS BATE, deken in de kerke van sente Rummout, ende mester IAN VAN WARLOES, prochiaen[2] van den beghinen van Mechlene, ende brueder WILLEM VAN SENTRUDEN, gardiaen van den Minderbruederen van der selver stat, maken cont alle dengenen die dese lettren sien selen ochte horen lesen, dat wi ens edelsmans Godevarts, greven van Vianen ende here van Grimbergen, ende Philips, siins wittechs outste soens, lettren besegelt met horre beider segele, ende met vele andre goedliede segele, die wi hier na noemen, dat es ens gestelecs mans ser Wouters, bider gracien Goeds abts van Grimbergen, mins Gilijs Berthouts, heren van Honebeke, Paridaens van Boechhout, Boudens Tfiscers, ende der scepenen van Eppengeem, hebben gesien van warde te warde[3], in derre maniren, alsegi moght horen :

[1]) On lit sur le dos du document : « Dit es dueder screef van den goede van Eppenghem. »

[2]) *Prochiaen*, curé.

[3]) *Warde te warde*, woord tot woord.

Digitized by Google

Ic Gedevart, greve van Vianen ende here vanden lande van Grimbergen, ende ic Phijlips, syn wittege outste sone, die te minen jaren comen ben, maken cont allen den genen die dese lettren sien ende horen selen, dat wi in also selc goed alse ene edele vrowe vroue ver[1] Marie, wilen vroue van Meclene, vercreech iegen onser liver moeder, vrouen veren Marien, wilen vroue van den lande van Grimbergen, welc goed gelegen es in de prochie van Eppengeen, hebben geerft heren Ianne van Steneffle, caplaen onser liever nicht en jou-froue Sophien van Mechlene, tsoefs boef[2] der beginen van Mechlene, bi onser maningen ende bi wijsdome onser mannen, dats te wetene Paridaens van Boechout, Jans van Cobbenbosch, Gerards van den Mettre ende Ians van den Zipen, ende onser scepenen van Eppengeem, die hier op getuuchden alse op gerecht erve mette vonnisse ende naden sede van den lande ende met allen dien rechten datter toe was sculdech te gesciene, op xliij deniers tsijns jarlijcs, te kersavonde te gildene, also selker munten alse in borsen geet telken tide dat ment gilt, ende ten ockelscen rechte behoudenleke onsen gerechten.

Ende om dat wi willen dat alle dese vorwerden hier voer bescreven sijn gestededech ende vaste bliven eweleke, so hebbe wi Godevart ende Phijlips, hier vorgenomt, onse segele gehangen ane dese lettren in kinnissen der wareit. Ende bidden allen den genen die over dese vorwerde waren ende segele hebben, dat si hare segele hangen metten onsen ane dese lettren.

Ende wi her Woutre, bi der gracien Gods abt van Grimbergen, ende wi Gilijs Berthout, here van Honebeke, Paridaen van Boechout, Bouden de Vischer[3], ende wi scepenen van

[1]) *Ver*, et un peu plus bas *veren*, est l'épitèthe donnée, dans l'ancienne langue néerlandaise, à une dame comme on donne à un seigneur celle de *her* ou *heer*.

[2]) *Tsoefs boef*, ten behoeve van het hof.

[3]) C'est le même personnage que celui qui est appelé plus haut *Tfiscer*.

Digitized by Google

Eppengeem onse segele hebben gehangen omme de bede vanden vorgenomden partien ane dese letteren.

Die waren gemaect int jar ons Heren doemen screef m. cc. ende xc vij, des dondersdaech vor tsincsenen, in de maent van meije.

Ende in kennissen der wareit van allen dese vorgenomden saecken, soe heb[ben] wi meester Claus Bate, deken van der kerken van Mechlene, meester Ian van Waerloes ende brueder Willem, voergenomde persone, onse segele gehangen ane dese lettren.

Die waren gemact int iaer ons Heren doen men scree m°. cc. xcvij, tsaterdachs na den andach van dertiendagen.

Original sur parchemin, muni primitivement de trois sceaux en cire; un est enlevé, un autre (celui du gardien des Frères-Mineurs) est en partie brisé, le troisième (celui de Nicolas Bate, doyen de Saint-Rombaut) est conservé; il représente le martyre de saint Rombaut, et porte la légende : S. MGRI N DCI BATE ..... CANI ECCE MACHLIN..., c'est-à-dire : *Sigillum magistri Nicolai dicti Bate, decani ecclesie Machlinensis.* — Archives du béguinage de Malines.

VIII.

Henri Raduart et Arnold Esselin donnent au béguinage de Malines une rente annuelle de douze livres[1].

28 août 1298.

Universis presentes literas visuris NICHOLAUS DE LAPIDE et HENRICUS DE VALLE, scabini Machlinenses, salutem et noti-

[1]) On lit sur le dos du document : « Van Arnouds Esselenst erve, » et : « Litere de xij libris ad hereditatem condam Arnoldi Esselins, sitam ultra magnum pontem prope *crane*; et notandum, quod ista hereditas divisa est in duas hereditates, quarum quelibet solvit vi libras. » Une main plus récente a ajouté : « xii pond payement by de craen brugghe, welcke erffve ghedeylt is in twee, en elck betaelt vi pont payement ten proffyte van 't beggynhof. »

Digitized by Google

tiam veritatis. Universitati vestre tenore presentium significamus, quod in presentia nostra necnon justiciarii Walteri dicti de Suivenghem et ejus censuariorum, propter hoc constituti Henricus dictus Raduart et Arnoldus dictus Esselini, ejus nepos, qui coram nobis per monitionem dicti justiciarii ac judicium censuariorum ipsius Walteri obtulerunt et resignaverunt in manus suas ad opus curtis beghinarum infra Machliniam duodecim libras monete usualis et in terminis solutionis earumdem communiter currentis, annui et hereditarii census, ad hereditatem quondam Arnoldi dicti Esselins, cum fundo et attinenciis suis, sitam supra Diliam prope Fletum, a dicto Walthero de Suivenghem dependentem, singulis annis a provisoribus dicte curtis terminis subsequentibus capiendas et habendas perpetuis temporibus : mediatim videlicet in festo Natalis Domini, et mediatim in festo nativitatis beati Johannis Baptiste. Quibus premissis, per monitionem dicti justiciarii ac judicium dictorum censuariorum omnia et singula adhibita fuerunt, que in talibus solent et debent adhiberi, salvo semper jure cujuslibet, presentium testimonio litterarum sigillis nostris sigillatarum.

Datum anno Domini m° cc° nonagesimo octavo, feria quinta auta decollationem beati Johannis Baptiste.

Original sur parchemin, sceaux enlevés, aux archives du béguinage de Malines.

Digitized by Google

Testament de Guillaume de Milze, chapelain de la chapelle de saint-Rombaut, a Malines.

22 septembre 1373.

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno Nativitatis ejusdem millesimo tricentesimo septuagesimo tercio, indictione undecima, mensis septembris die vicesima secunda, hora Prime vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii digna Dei Providentia pape undecimi anno tercio. Cum juxta doctrinam Sapientis actus humani ordinari debeant et disponi, dum in membris corporeis sensus viget et ratio regit mentem, ne humana fragilitas mortis cogitatione turbata, quid ordinet ignoret, idcirco discretus vir et honestus dominus Willelmus de Milze, presbiter capellanus in capella sancti Rumoldi Machlinensis, Cameracensis dyocesis, in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia propter hoc personaliter constitutus, sanus mente et sensuum suorum per omnia bene compos, attentis premissis, proborum virorum usus concilio *(sic)*, animeque sue cupiens providere saluti, suum presens testamentum seu ultime sue voluntatis ordinacionem condidit, fecit et ordinavit in modum et formam inferius annotatas, volens, ut valeat et robur obtineat nomine et jure testamenti, seu codicillorum, seu cujuscumque alterius ultime voluntatis, seu quovis alio modo.

In primis siquidem recommendans se animamque suam Deo omnipotenti et beate Marie Virgini ac omnibus sanctis, et

[1]) Ce document porte sur le dos : « Testament van Wilhelmus van « Milze, capellaen van sint Rombouts capelle tot Mechelen, die laet « aen het clooster van sint Victor twee vertelen rogghe 's jaers, voor « syn jaerghetyden en van syne suster; den 22 september 1373. »

Digitized by Google

specialiter sancto Rumoldo, in cujus capella voluit, ordinavit et desideravit, quo in choro proximius altari suo poterit, sepeliri.

Item voluit et ordinavit, quod omnia et singula debita sua de suis bonis promcioribus[2] persolventur, et quod exequie sue fiant de promcioribus bonis.

Item dedit et legavit pro suis minus juste acquisitis decem mutones aureos, pauperibus erogandos. Item pro suo anniversario, parentumque suorum, et sue sororis, quinque libras duos solidos et sex denarios pagamenti, in vigiliis et commendationibus sexaginta fratribus presentibus distribuenda; et tantum ad distributionem seu pro distributione cotidiana, que fit ad Matutinas et ad Primam in choro sancti Rumoldi. Quas quidem decem libras et quinque solidos pagamenti predictas assignavit perpetuo habendas et recipiendas ad et supra brolium de Milze, situm prope Hombekerbroec. Item cuilibet canonico et capellano, qui intererit seu interfuerit exequiis suis in missa animarum, decem solidos pagamenti semel. Item mense sancti Spiritus sancti Rumoldi, dicte dyocesis, decem et sex solidos et sex denarios Lovanienses et duos capones cum dimidio; quos quidem decem et sex denarios Lovanienses et duos capones cum dimidio Maria de Weys, quoad vixerit seu quamdiu egerit in humanis, habebit et levabit, et post ejus decessum cedet dictus census mense sancti Spiritus predicte. Quem censum assignavit perpetuis temporibus habendum et recuperandum : ad et supra hereditatem condam Arnoldi Ludovici, sitam in plathea dicta vulgariter *beghinenstrate*, duodecim solidos et sex denarios Lovanienses et duos capones cum dimidio; et quatuor solidos Lovanienses ad hereditatem sitam in opposito hereditatis jam dicte. Item cuilibet mense sancti Spiritus, excepta predicta, viginti solidos pagamenti annuatim ad et supra tria ioernalia terre, que condam fuerunt Egidii de Paelt; que modo possidet

[2]) *Promciora* pour *promptiora*.

Digitized by Google

et tenet Arnoldus dictus Wagheman. Item curatis et capellanis curtis beghinarum annuatim quindecim solidos pagamenti pro suo anniversario, matris et sororis sue, recipiendas (*sic*) et habendas (*sic*) ad heriditatem dictam vulgariter *Bernier*. Item monialibus sancti Victoris duas fertellas siliginis, ad pitantiam in diebus sui anniversarii sueque sororis distribuendas; quas fertellas siliginis Katherina Lips, sua consanguinea, et modo secum commorans, habebit et levabit, quoad vixerit; post cujus decessum dicte due fertelle cedent dictis monialibus modo quo supra. Item Marie de Meys predicte quatuor fertellas siliginis, quas habebit et levabit, quoad vixerit; post vero ejus decessum dicte due fertelle siliginis cedent Elizabeth, filie legitime Ludovici de Bruxella, et alie due cedent Elizabeth, filie naturali dicti Ludovici, perpetuis temporibus habendas et levandas; quas quidem sex fertellas siliginis assignavit ad et supra hereditatem condam illorum de Boecscot. Item ciste et infirmarie infra curtim beghinarum unam fertellam siliginis, quam levabit Maria de Meys predicta, quamdiu vixerit; quam fertellam siliginis assignavit ad hereditatem dictam *Scerpstucke*, quo itur versus Wincleem. Item domino Johanni Brederijc, canonico beati Rumoldi Machlinensis, suum breviaruim, et Egidium, *De regimine principum*, et unum cultellum de jaspe cum cinctorio, et unum cultellum de jaspe sine cinctorio, atque unum cyphum de murro. Item Johanni de Beringhen unum cyphum de murro. Item Reynero de Beringhen unam scalam argenteam. Item Johanni de Beringhen, filio condam Colini de Beringhen, unam scalam argenteam, vel tres mutones aureos. Item Balduino de Beringhen unam scalam argenteam et unum cultellum cristallinum. Item Ludovico de Bruxella unum cultellum de jaspe. Item Marie de Meys predicte triginta mutones aureos, semel habendas (*sic*) ad hereditatem condam Walteri de Lapide filiorumque ejus, et supra hereditatem, in qua testator predictus moratur. Item Marie et Katherine Lips predictis pecus suum, quod tenet Reynerus

Digitized by Google

Timmerman in Berlaer, et pecus suum, quod tenet Egidius Wouters, et decem et octo oves inter ipsas equaliter dividendum et dividendas. Item Marie predicte unam scalam argenteam et unum cyphum de murro, et duo meliores auriculares, et duo manutergia meliora, et meliorem mappam, et duos crusinos argenteos se invicem claudentes in quodam vase de choreo, et coopertorium lecti dicti vulgariter *culcre*, duodecim scutellas stagneas, et sex cussinos meliores, et duas fertellas siliginis semel. Item Marie predicte decem solidos pagamenti et duos capones annuatim, quamdiu vixerit in Heveris; post cujus decessum predicti decem solidi et capones habebit perpetuis temporibus Elizabeth, filia legitima Ludovici de Bruxella. Item Elizabeth de Busco unam scalam argenteam vel tres mutones aureos, et unum manutergium. Item Margarete, condam ancille sue, quatuor mutones aureos cum tribus fertellis siliginis semel. Item Katharine Lips predicte sex mutones aureos cum tribus fertellis siliginis semel et sex cussinos, et unum lectum cum pertinentiis, et meliorem cistam, et unam mappam et unum manutergium, et unam corrigiam cum argento. Item Rumoldo Sneepaert, petrino suo, unum mutonem aureum semel. Item uni persone commisse Elizabeth Baecs et Marie de Meys quinque mutones aureos semel. Item domino Willelmo dicto Vleeming, presbitero, sex mutones aureos semel ad unum breviarium comparandum. Item domino Michaëli, capellano monialium predictarum, unum mutonem aureum semel. Item michi notario subscripto unum mutonem aureum semel. Item domino Henrico de Scoba, presbitero, dimidium mutonem aureum semel. Item Margarete de Meys unam scalam argenteam et unum par coclearium, et unum auricularem, et unum manutergium, et unam pelvim. Item Katherine, filie naturali Willelmi dicti Spijs, tres fertellas siliginis semel.

Omnia vero superius conscripta et a predicto testatore legata de bonis suis ante omnia assignavit recipienda atque persolvenda.

Digitized by Google

Executores vero sui presentis testamenti seu ultime voluntatis predictus testator constituit, fecit et ordinavit venerabilem virum dominum Johannem Brederijc, canonicum ecclesie beati Rumoldi Machlinensis, et discretas personas Ludovicum de Bruxella, Reynerum de Beringhen et Elizabeth dictam Baecs, nec non Mariam de Meys, fidelitati ipsorum committens omnia superius expressa et singula ab ipso testatore legata integraliter exequenda et de bonis suis promptioribus persolvenda. Que quidem bona sua omnia et singula, mobilia et immobilia, in manus dictorum executorum suorum subportavit per presentes ad persolvendum premissa. Dedit insuper suis predictis executoribus plenariam potestatem et mandatum speciale suum presens testamentum seu ultime sue voluntatis ordinacionem supplendi, augendi, minuendi et, si necesse fuerit, defalcandi, et se cum bonis suis quibuscumque defendendi et litigandi contra quoscumque suum presens testamentum seu ultime sue voluntatis ordinacionem impedientes seu impedire nitentes per se, alium seu alios quoscumque, quomodolibet in futurum, inventarium non faciendi, compotum de habitis et dispositis non reddendi, custus laboris et expensas, si quos vel quas ob hoc fecerint vel sustinuerint, recipiendi de bonis suis. Voluit tamen predictus testator predictos suos executores ad plura quam ad ea, que ad manus ipsorum devenerint, esse aliqualiter obligatos, Et, si omnes executores predicti premissis exequendis non possent interesse, voluit dictus testator et ordinavit, quod quidquid aliqui duo de dictis executoribus fecerint de consensu domini Johannis Brederijc predicti, erit in premissis firmum et ratum, rogans predictus testator et de novo requirens predictos suos executores, ut onus sui presentis testamenti in se suscipere vellent fideliter exequendum.

Qui quidem dominus Johannes Brederijc predictus et Elizabeth Baecs, necnon Maria de Meys, ibidem presentes, ad humiles preces predicti testatoris onus presentis testamenti in se suscipientes, una cum Ludovico de Bruxella et Reynero de

Digitized by Google

Beringhen predictis, licet absentibus, pro posse suo fideliter exequi promiserint.

Et ad majorem certitudinem et evidentiam premissorum, rogavit predictus testator diligenter et requisivit venerabilem virum dominum Johannem Brederijc predictum, ut sigillum capituli beati Rumoldii Machlinensis una cum signo mei notarii publici huic instrumento publico duceret apponendum. Quo sigillo apposito vel non apposito, ipsum instrumentum non minus habeat roboris firmitatem.

Acta sunt hec in camera sita in domo habitationis dicti testatoris, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu prescriptis, presentibus ibidem discretis viris et honestis domino Willelmo dicto Vleeming, presbitero, Willelmo de Alfvenne et Johanne de Eeckeren, necnon Joerdano dicto Sneepaert, laicis, testibus, Cameracensis dyocesis, ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Michaël dictus Putteman, Cameracensis dyocesis, publicus imperiali autoritate notarius, premissis omnibus et singulis, prout supra, actis ac legatis, una cum dictis testibus presens interfui, ea vidi, scivi et audivi, et hoc presens publicum instrumentum exinde confectum propria manu scripsi, signoque meo solito signavi rogatus et requisitus, in testimonimum veritatis omnium premissorum.

Original sur parchemin, avec le signe du notaire Putteman. — Archives particulières.

Digitized by Google

Chronique de la chartreuse de Louvain depuis 1571 jusqu'en 1597.

Nous avons déjà donné (XIV, pp. 228-299) la *Chronique de la chartreuse de Louvain* depuis sa fondation, en 1498, jusqu'à l'année 1525. Aujourd'hui nous publions un nouveau fragment de la chronique de cet établissement; nous en devons la copie à l'obligeance de M. Alphonse Jacobs, attaché aux Archives générales du Royaume. Il résulte du texte même de ce document que l'on conservait à la chartreuse de Louvain une chronique complète et détaillée des faits qui se rapportent à son histoire. En effet, à l'année 1579, le fragment que nous donnons ci-dessous mentionne les chroniques des années 1540 et 1561, qui nous sont restées inconnues jusqu'aujourd'hui; et, sous la date du 7 juillet 1571, il renvoie à l'année 1603, qui fait également défaut. Peut-être nous sera-t-il donné de retrouver, un jour, les parties perdues, qui, jusqu'ici, ont échappé à nos recherches.

E. R.

Anno 1571, *die* 7 *julii,* obiit nobilis domina D. Joanna ab Harfield, alias Neudigate, Angla, sepulta in choro nostrae ecclesiae inter primum gradum altaris et sedes chori sinistri; supra cujus tumulum positus fuit lapis marmoreus cum 16 armis gentilitiis ab utroque latere ipsius dominae ibidem insculptae cum hac inscriptione :

Matronae genere ac virtutibus illustri Janae ab Harfield, Roberti Dormerii, baronis de Ariscot, viduae, quae, post undecim annorum exilium catholicae religionis causa sponte susceptum,

Digitized by Google

Lovanii moriens, hoc in loco humata fuit. Illustrissima heroina Jana, ducissa de Feria, et Anna, baronissa de Hungerford, ex Guilielmo filio, antiquissimi Balneorum ordinis in Anglia equite aurato, neptes aviae clarissimae posuere. Obiit anno 1571, *7 julii.*

Ceterum hic lapis e praedicto loco translatus fuit ad medium chori, sicut postea dicetur anno 1603.

Hoc etiam anno Dominicus Cannada, Hispanus, ex milite factus monachus, apud nos investitus fuit; et anno sequenti professionem fecit. Postea petiit remitti in Hispaniam et impetravit. Obiit 4 julii anno.....

1577. Circa hunc annum Cartusiani ex Anglia pulsi diverterunt ad nos Lovanium.

Anno 1579, *die* 2 *januarii,* scripsit R. P. Bernardus, prior Cartusiae, ad V. P. Petrum de Mirica, priorem Lovaniensem, acriter eum reprehendens, quod primam charitatem erga exules Anglos reliquisset, et monens, de cetero ut prima opera faceret, subveniendo necessitatibus eorum, etc. Habeo literas originales.

29 *septembris,* obiit V. P. Petrus de Mirica, professus et prior hujus domus; de quo vide plura ad annum 1540, § 2.

Mense decembri, electus fuit a conventu in priorem hujus domus D. Guilielmus Beyeren; de quo vide plura ad annum 1561.

Anno 1586, *in octobri,* R. P. D. Arnoldus Havens, Buscoducensis, doctor theologus, ex Societate Jesu ad nostrum transiens ordinem, apud nos investitus fuit, et anno sequenti professus. Deinde, post paucos menses a professione, seu initio anni 1588, factus est procurator hujus domus. Anno 1590, institutus fuit prior sanctae Sophiae Buscoducis; anno 1595, translatus ad prioratum Leodiensem; anno 1596, electus in priorem domus Lovaniensis; et rursus, anno 1598, rediit ad prioratum Leodiensem; anno vero sequenti, seu 1599, factus est prior Bruxellensis ac visitator provinciae; anno 1601, absolutus ab utroque officio missus est Ruraemundam;

Digitized by Google

sed paulo post remissus Lovanium. Postea factus est vicarius domus sanctae Sophiae. Anno vero 1604, electus fuit in priorem domus Gandensis per conventuales, ac tandem, anno 1610, per capitulum generale restituitur in officium visitatoris hujus provinciae; sed paulo post iterum absolvitur ab omnibus officiis per mortem, quae fuit 14 augusti 1610.

Anno 1587, D. Philippus Van Belle, Brugensis, investitus fuit, et anno sequenti professus. Anno..... factus est sacrista; anno vero 1595, procurator hujus domus. Deinde anno 1596, institutus fuit rector Leodii, et sequenti capitulo confirmatus in priorem. Absolvitur anno sequenti per visitatorem, et fit vicarius domus Capellae. Anno 160 . , fit iterum procurator Lovanii per annum aut circiter. Deinde absolutus vixit ibidem religiose usque ad obitum, qui fuit 29 septembris, scilicet in festo sancti Michaëlis, circa horam tertiam mane, anno 1629.

Circa hunc annum, Cartusiani Angli Lovanio migrarunt Antwerpiam.

Anno 1588, apud nos investitus fuit D. Everardus Van den Watere, Buscoducensis; sed post annum probationis recessit non valens ferre, ut dicebat, nostrum ordinem. Factus deinde Franciscanus, bene et religiose se habuit, factus vicarius, guardianus et pater monialium.

Anno 1590, investitus fuit apud nos D. Joannes Cooman, Mechliniensis, et anno sequenti professus. Anno 1595, factus est procurator Lovanii, deinde Lyrae. Obiit hospes in cartusia Bruxellensi, anno 1606, die 13 maii.

1591. Circa hunc annum Cartusiani exules Angli Antwerpia migrarunt Mechliniam.

Anno 1593, *die* 21 *octobris*. D. Joannes Baptista Danielis, Antverpiensis, apud nos investitus fuit, et anno sequenti professus. Anno 1595, in sabbato Pentecostes, ordinatus fuit in sacerdotem, et paulo post factus est sacrista; deinde, anno 1597, procurator hujus domus; anno 1601, prior Lyrae; anno 1604, prior Brugis; anno 1610, prior Lovanii; anno 1615, per capitulum generale fuit absolutus.

Digitized by Google

Anno 1595, D. Melchior Caroli, Lewardiensis, Lovanii investitus fuit, et anno sequenti professus. Fuit sacrista hujus domus; deinde, anno ..., procurator domus sanctae Sophiae, Silvaeducis, et postea domus Diestensis, ac postremo Brugis apud moniales. Anno..., electus fuit in priorem domus Capellae; sed electionem non consentiens, magna instantia effecit, ut alius eligeretur. Obiit apud praedictas moniales peste, anno 1625, die 3 augusti.

Circa idem tempus D. Bartholomaeus investitus ac professus fuit. Hic fuit vicarius monachorum Brugis anno...; deinde, anno..., domum rediit, ac postea, anno..., factus est procurator domus sanctae Sophiae.

Anno 1596, D. Guilielmus Beyeren, professus et prior hujus domus, tactus apoplexia, absolvitur, mittiturque Leodium ad recuperandam valetudinem, et in locum ejus electus fuit a conventualibus D. Arnoldus Havens, professus ejusdem domus Lovaniensis ac tum prior Leodiensis.

Anno 1597, 21 *octobris*, D. Aegidius Theodorici, Bommelensis, investitus fuit et sequenti anno eodem die professus. Anno... factus est sacrista; anno vero.... procurator domus Diestensis. Absolutus anno..., domum rediit, ubi et obiit anno 1613, 12 augusti.

1 *novembris*, D. Joannes de Steelandt, Hulstensis, apud nos investitus fuit, et anno sequenti, eodem die professus. Anno 1601, factus est procurator domus Bruxellensis; deinde, anno... Diestemii; anno vero..., per generale capitulum institutus prior domus sanctae Sophiae, Silvaeducis, et inde translatus per idem capitulum anno 1608 ad prioratum Leodiensem, ubi absolutus fuit per patres commissarios anno 1609, et factus vicarius domus Diestensis. Anno demum..., rediit Lovanium.

Eodem die et anno quo supra, D. Joannes ab Emmichoven, ex territorio Bommelensi, ex duce quondam militum dux et pater futurus monachorum, investitus apud nos ac professus

Digitized by Google

fuit. Hic anno 1601, die 25 novembris, factus est procurator hujus domus; deinde, anno 1604, per capitulum generale prior institutus domus Lyranae. Anno vero 1608, electus est in priorem hujus domus, suffectus nimirum patri Herculi Winckelio, tum instituto per generale capitulum in priorem domus Bruxellensis. Anno 1610, ipso die Cinerum, institutus fuit prior dictae domus Bruxellensis, et visitator hujus provinciae. Anno 1614, ordinatus fuit prior domus sanctae Sophiae Sylvaeducis, et convisitator provinciae. Denique anno 1627, per capitulum generale ad suam magnam instantiam raro exemplo misericordiam sepius imploratam tandem obtinuit, sub praetextu quidem senii ac infirmitatum suarum, sed re vera amore quietis et solitudinis, qua nihil illi jucundius atque desiderabilius.

Manuscrit n° 771a, aux Archives générales du Royaume, à Bruxelles.

La fondation de la chartreuse de Louvain et les prieurs de ce couvent jusqu'en 1762.

Nous donnons, d'après Paquot, *Fasti academici manuscripti*, l'histoire de la fondation de la chartreuse de Louvain, ainsi que la série des prieurs du couvent jusqu'en 1762. Cette notice peut servir de complément aux deux fragments de la chronique de ce monastère que nous avons publiés précédemment.

E. R.

Cartusiani fundum suum Lovanii acceperunt anno 1486, loco solitudini apto in paroccia sancti Jacobi, haud procul urbis moeniis, liberalitate Walteri Watelet, alias Henrici, praepositi ad sanctam Aldegundem Malbodii (*Maubeuge* in Hannonia) et scholarchae ad sanctam Gudilam, Bruxellis.

Digitized by Google

Fuerat is quondam cantor et sacellanus Caroli, Burgundiae et Brabantiae ducis. Fuit et canonicus Lovanii ad divum Petrum, ubi festum recollectionis festivitatum Virginis Matris instituit.

Praeter alia aliis dona, quatuor terrae jugera et pecuniam aliquam fundandae Lovanii cartusiae reliquit, reique administrationem commisit Henrico de Duyvelandt, priori cartusiae ad sanctam Catharinam haud procul Antverpia, qui novae coloniae incolas anno 1491, mense octobri, tres submisit. Decessit fundator anno 1494, pridie nonas decembris (non viij eidus, ut alicubi Valerius Andreas). Accessit deinde aliorum pietas : Joannis Overhof, civis Antverpiensis ; Margaretae, quondam nuptae Carolo, Burgundiae duci; Aegidii de Platea, Hannoniae in dioecesi Leodiensi, cui tunc suberat Lovanium, archidiaconi ; Nicolai Dreyser, sacerdotis ; Gasparis de Kinschot, gymnasiarchae ad Falconem ; Simonis de Slusa, praepositi Machliniensis et Ultrajectensis ; Francisci Buslidii, archiepiscopi Vesuntini ; Walteri Zielens, Sylvaeducensis; Catharinae Absaloens ; Walteri et Gisberti Gillis, mercatorum Antverpiensium; Nicolai Ruter, episcopi Atrebatensis ; Petri Coelkies, Antverpiani; Joannis, domini de Bergis.

Primae duae cellae anno 1492, ultima seu vicesima prima anno.....

Coemeterium a Joanne, Cyrenensi episcopo ac suffraganeo Leodiensi, consecratum pridie nonas septembris 1492. Templi fundamenta jacta die 30 maji anni 1498 ; tectum opertum post biennium, tum anno sequenti perfecta camera seu testudo, omnia fere sumptibus Gisberti Gillis, Antverpiani mercatoris. Templum, divae Magdalenae sacrum, consecravit, 18 julii 1501, Libertus, episcopus Berytensis, cum Joanne, episcopo Cyrenensi, suffraganeus uterque Leodiensis.

Clausura monachorum absoluta anno 1504, eodemque [domus] incorporata ordini. Non facile majorem aut speciosiorem alibi videas ambitum ; is, fenestris ... cinctus, est iconum

Digitized by Google

vitro appictarum elegantia notabilis, habetque universim passus 540. In eo seu cella ejus una dux Arschotanus ..... habitare aliquamdiu voluit, Heverleense prae eo castellum despiciens. In medio choro sepultae ducissae de Feria, aurei Velleris matronae.

Priores.

Joannes Schullinck, Gandavi ordinem professus et prior Delphensis, cartusiam Lovaniensem inhabitare coepit anno 1491, ac *rectoris* titulo eidem praefuit circiter annis quatuor. Ei successit anno 1495, die 23 novembris

1. — *Joannes Petri*, alias *Delphius*, Delphis Batavorum professus, ac ibidem prior. Qui Lovanii tanquam rector praefuit annis prope decem. Hujus tempore, anno 1504, cartusia, procurante Arnoldo Helmont, priore Antverpiensi, ordini incorporata est, idemque Delphius in primum hujus domus *priorem* electus; quam eo titulo adhuc rexit annis viginti. Onus deinde senex deposuit anno 1525. En tibi sequentium priorum seriem :

II. — 1525. — *Theodoricus Persyn*, de Amsterdamis, antea ab anno 1515 domus procurator, hic professus (uti tres sequentes) et ipse quidem anno 1511[1]. Obiit circa annum 1537.

III. — 1536. — *Franciscus Talemannius*, de Edam, ordinem professus hic anno 1513[2]; e virginum cartusianarum Brugis ab anno 1526 vicario prior. Obiit 21 decembris 1539.

IV. — 1539. — *Theodoricus Simonis*, de Hemstede, primus ex professis domus hujus vicarius. Vota nuncuparat festo[3] cathedrae sancti Petri anno 1506. Vir insignis probitatis.

V. — 1542 *vel circiter*. — *Florentius*, patria *Harlemensis;* receptus anno 1528, praefuit anno uno et paucis diebus.

[1]) Paquot se trompe en cet endroit. Le père Persyn fit sa profession le 18 novembre 1510; voyez *Analectes*, XIV, p. 280.

[2]) Voyez *Analectes*, XIV, p. 285.

[3]) Lisez *profesto*; voyez *Analectes*, XIV, p. 269.

Digitized by Google

Vicarius Lovaniensis. Obiit anno 1543. Fuerat alumnus collegii Atrebatensis et philosophiam audierat in paedagogio Porci.

VI. — 1543. — *Everardus Velthoven*, Bruxellae professus. Rexit annis tribus cum dimidio; tum Bruxellam repetiit.

VII. — 1545. — *Hubertus Knobbaut*, Bruxellensis, sed ordini adscriptus Lovanii, uti etiam quinque subsequentes. Praefuit annis novem, alii dicunt septem. Primo rector. Professus erat anno 1532 vel 1533, festo Barnabae. Fuit antea procurator ab anno 1541 Amstelodamensis. Quinque locis vicarium, etiam aedituum *(sacristam)* egit. Obiit ac sepultus est Lovanii 19 aprilis 1571, annos cum seculo numerans[1], electus tum prior Basileae, quo se conferre nequiit. Ex priore Lovaniensi sacrista Lyrae.

VIII. — 1551. — *Joannes Zurpel*, Lovaniensis. Vota emiserat hic anno 1543 vel circiter. Anno vero 1560, in priorem trigesimum primum Leodiensem electus. Obiit anno 1562, die sanctae Agathae, cum Lovanio transiret, ubi et sepultus est.

IX. — 1560. — *Petrus de Merica (Van der Heyden)*, Lovaniensis, professus anno 1541; e vicario ab anno 1555, prior. Obiit Leodii 29 septembris 1579.

X. — 1579. — *Guilielmus Beyeren*, Bommelensis, ordinem professus anno 1562. Prior mense decembri anni 1579. Onere se levavit apoplexia laborans anno 1596, et Leodium missus est. Decessit anno 1603 vel 1604, mense augusto. Fuerat diu Lovanii vicarius.

XI. — 1596. — *Arnoldus Havens*, Buscoducensis; theologiae doctor. Professus erat Lovanii anno 1587, investitus mense octobri anni 1586[2]; ac post paucos menses Lovanii procurator. Prior ad sanctam Sophiam et convisitator provinciae anno 1590; Leodii prior trigesimus sextus anno 1595, ad annum. Post,

[1]) C'est-à-dire, *né au commencement du siècle*, ou *âgé de* 71 *ans*.

[2]) Voyez ci-dessus, p. 211.

Digitized by Google

anno 1598, ad capitulum se confert, ubi eligitur iterum, a demissione Philippi Van Belle, prior Leodiensis jam trigesimus octavus; anno sequenti prior Bruxellae. Absolvitur ab his officiis anno 1601, mittiturque Ruraemundam; paulo post iterum Lovanium, ac brevi vicarius ad sanctam Sophiam. Eligitur prior Gandae 1604; rursum visitator anno 1610; et post pauxillum moritur.

XII. 1598.—*Michaël Jensema*, Lovaniensis, antea ab anno 1595 prior ad sanctam Sophiam. Ordinem professus Lovanii nonis septembris anni 1571. Fuit primum novem annis aedituus, dein anno 1590 procurator Lovanii; post, anno 1599, prior Leodii trigesimus nonus. Rediit ad sanctam Sophiam anno 1608; prior per annum, mox Lovanium remissus. Eligitur prior Casell[1]; ex qua domo Lovanium iterum rediit.

XIII. — 1599. — *Hercules Winckel*, ordinem professus Bruxellis, ubi et prior fuerat. Eo rediit anno 1608.

XIV. — 1608. — *Joannes Emichoven*, prope Heusdam in Batavia natus, cartusiae Lovaniensis alumnus, ut etiam sequentes quinque. Fuerat prior domus Lyranae ab anno 1604. Professus anno 1598, ac primum procurator Lovanii. Bruxellae prior decimus quartus anno 1609, et visitator; tum anno 1614, prior ad sanctam Sophiam et convisitator. Interea domui Lovaniensi praefuit usque ad capitulum generale anni 1610 habitum[2].

Godefridus ab Halmael, Antverpianus, vicarius Lovanii aliquando et Bruxellae, ante rector cartusiae Lyranae; de quo notatur formandis characteribus seu scriptura excelluisse; professus Lovanii 1 octobris 1570.

[1]) Lisez *Casterensis*, de Casteren. Le couvent dit de Sainte-Sophie et situé à Vught près de Bois-le-Duc, avait été transféré par le prieur Jensema à Casteren, près de Boxtel, à la suite des guerres religieuses des Pays-Bas.

[2]) Voyez ci-dessus, p. 213. En cet endroit, Paquot n'est pas entièrement d'accord avec la *Chronique* en ce qui concerne les dates.

Digitized by Google

XV. — 1610. — *Joannes Baptista Daniels*, Antverpiensis, professus 21 octobris 1594. Fuit aedituus, procurator ab anno 1597; prior Lyrae anno 1601, ac Brugis 1604. Officio prioris Lovanii absolutus anno 1615.

XVI. — 1615. — *Lucas Paludanus*, itidem Antverpiensis, ordinem professus 25 novembris 1602, antea Lilii alumnus. Vicarius anno 1605, procurator anno 1606.

XVII. — 1625; *alii dicunt* 16 *augusti* 1627. — *Gisbertus Baukusius (Bauhuysen)*, Antverpiensis, professus Lovanii anno 1598. Prior Bruxellae anno 1605, Brugis anno 1608. Anno 1609, convisitator; anno 1614, prior iterum Bruxellae.

XVIII. — 1630. — *Petrus Christophorus Vanden Heetvelde*, Lovaniensis. Praefuit annis quadraginta duobus. Antea vicarius Diestae, deinde ex convisitatore visitator.

XIX. — 1672. — *Joannes Wolff*, Lovaniensis. Lovanii professus anno 1659, praefuit mensibus quinque, antea prior Diestensis.

XX. — 1672 *vel* 1673. — *Hugo Molingen*, Dalemensis, Leodii ordinem professus.

XXI. — 1677. — *Reinerus Van Esch*, Buscoducensis, ordini adscriptus Lovanii, ubi etiam sacristam et vicarium egit; quo postremo munere etiam Angiae seu in Capella functus est.

XXII. — 1696. — *Franciscus Bodart*, Wavriensis, Gallo-Brabantus, Lyranae cartusiae alumnus.

XXIII. — 1694. — *Philippus Uten*, Coloniensis, alumnus cartusiae Leodiensis.

XXIV. — 1699. — *Willibrordus Bukenbergh*, ex Olmen, ordinem professus in cartusia Zeelhemensi juxta Diestam.

XXV. — 1706. — *Barnabas de Bargas*, Ostendanus, Lovanii professus, ut et sequens.

XXVI. — 1712. — *Petrus ab Eynatten*, Lovaniensis.

XXVII. — 1718. — *Philippus Joly*, Antverpiensis, in patria professus. Praefuit circiter anno uno.

Digitized by Google

XXVIII. — 1719. — *Andreas Langenhoven*, patria et coenobio Bruxellensis.

XXIX. — 1722. — *Bruno Hermans*, Diestensis, alumnus domus Lyranae.

XXX. — 1724. — *Henricus Geelen*, Ruraemundanus et patriae cartusiae alumnus.

XXXI. — 1735. — *Bernardus Billet*, Gandensis et Gandavi professus, quemadmodum duo sequentes.

XXXII. — 1738. — *Bruno De Cocq*, Gandensis.

XXXIII. — 1739. — *Dominicus Everaerts*, ex sancti Amandi, Wasianus.

XXXIV. — 1745. — *Hugo Van Duren*, ex Isca superiori ad alterum a Lovanio milliare, ubi ordinem professus est.

XXXV. — 1754. — *Bernardus Micheroux*, Leodiensis in patria ordini adscriptus. Obiit anno 1762.

Digitized by Google

Documents relatifs a l'abbaye de Herckenrode.

Dans ses *Notices sur les églises du diocèse de Liége*, IV, pp. 5-138, M. le professeur Daris a publié le résumé des documents relatifs à l'abbaye de Herckenrode d'après le cartulaire de ce monastère conservé au séminaire de Liége. Nous donnons aujourd'hui *in extenso* quelques-uns de ces documents suivant la copie qui en a été faite, par M. D. Van de Casteele, archiviste adjoint de l'Etat, à Liége, sur les originaux reposant dans différents dépôts publics de la Belgique.

E. R.

I.

Le chapitre de Saint-Barthélemi, à Liège, déclare avoir vendu à l'église de Herckenrode la part qu'il possédait dans la forêt de Dondersloe[1].

1209.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Thomas, sancti Bartholomaei praepositus, Heribertus, decanus, totumque capitulum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quotiens aliquid dicto vel facto agitur, quod ad posterorum noticiam necessario spectare videtur, utile ac decens est, ut litterarum memoriae tenaciter ac fideliter commendetur. Unde notum esse volumus tam futuris quam praesentibus, quod nos illam partem silvae in Donscelre, quae ad nos pertinebat, ecclesiae de Herkenrode rationabiliter et integre vendidimus, et fundum eidem contulimus pro xv denariis Leodiensis monetae, in octavis apostolorum ecclesiae nostrae annuatim persolvendis, jure hereditario possidendum.

[1]) *Dondersloe* ou *Dondersloo*, dépendance du village de Meuwen, située entre cette localité et Opglabbeek.

Digitized by Google

Insuper fratrem Gisselbertum, ex parte ecclesiae suae, investivimus eo jure, ut, cum de hac vita feliciter migraverit, tot denarios requisitionis quot et census successor ejus nobis persolvat; et decano bannos suos, et paribus denarios testimoniales tribuat. Ut autem hujus nostrae actionis rationabilis contractus amodo inconvulsus maneat et illaesus, praesentem paginam sigilli nostri impressione communivimus.

Testes autem sunt : Heribertus, decanus; Lambertus, custos; Petrus; Balduynus; Seraphin; Petrus; Helyas, cantor; Henricus de Atrio; Gislebertus; Petrus; Jacobus; Henricus; Robertus; Philippus; Bartholomaeus; Gerardus; Otto, cellerarius. De laicis : Thomas de supra Mosam; Gerardus de Berzes.

Actum Dominicae Incarnationis anno millesimo cc nono.

Original sur parchemin, muni primitivement de deux sceaux, dont un seul a été conservé.

II.

Louis, comte de Looz, donne à l'abbaye de Herckenrode le moulin de Tuylt, sous Curange[1].

1213.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Lodewicus, comes de Los, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia diversis rerum saecularium negotiis multipliciter perplexi sumus, quibus dum incessanter offendimus, saluberrimum nobis est valdeque necessarium, ut per orationes fidelium Christo devote servientium ipsiusque contemplationi vigilanter vacantium solamen quaeramus et subsidium. Unde notum fieri volumus universis tam praesentibus quam futuris, quod nos, sanctimonialium Cisterciensis ordinis in Herchenrode honestam

[1]) Ce document a été publié partiellement par M. Daris, *Notices*, IV, p. 116.

Digitized by Google

conversationem et bonam vitam considerantes, earumque imbecillitati ac necessitati compatientes, molendinum de Tuylt, cum terris limosis et incultis inter Kermpt et Herchenrode positis, et unum mansionarium; silvam quoque, quae Molendich dicitur, et pratum ei adjacens, eo juris tenore, quo haec in integrum tenebamus, ob remedium peccatorum nostrorum libere et integre ipsis in eleemosynam contulimus. Hanc vero donationem nostram, rationabiliter eis collatam et ab uxore nostra Ada, comitissa, approbatam, inconvulsam et illaesam in perpetuum permanere cupientes, scripto annotari fecimus, et ad futurorum certam notitiam sigilli nostri karactere communivimus, sub periculo aeternae dampnationis et poena nostrae indignationis diligentissime inhibentes, ne quis in posterum huic facto contradicere vel ausu temerario hanc donationis nostrae confirmationem praesumat infringere.

Hujus autem facti testes sunt : Wilhelmus, persona de Hasselt; Wilhelmus de Pietershem; Hermannus d'Elslo; Coenrardus de Houbertingen; Godefridus de Lewis; Walterus de Milne; Robertus de Berle; Raso de Cortencen; Theodoricus de Los, castellanus; Walterus de Berce; Henricus de Joec; Robertus de Coerswerm, aliique quam plurimi.

Acta sunt haec anno ab Incarnatione Domini millesimo cc°. xiii°.

III.

Conrad, évêque de Metz et de Spire, déclare avoir donné à l'église de Herckenrode tous les biens que celle-ci tenait de son prédécesseur Bertrand, à condition de lui payer un cens de trente sols[1].

1 septembre 1214.

C[ONRADUS], Dei gratia Mettensis et Spirensis episcopus, im-

[1]) Ces biens sont désignés, dans un document du 13 février 1226 (nouveau style), *duodecim mansi terre site apud Casselar*. Voyez DARIS, *Notices*, IV, pp. 41-42.

Digitized by Google

perialis aulae cancellarius, omnibus Christi fidelibus, ad quorum notitiam haec praesens cartula pervenerit, audire et credere, quod testantur. Harum insinuatione litterarum vobis certum facimus et manifestum, quod nos, ecclesiae de Herkinrode promotioni intendere volentes cum effectu, omnia ea, quae de domino et praedecessore nostro B[ERTRAMNO], quondam Mettensi episcopo, de possessionibus ecclesiae sancti Stephani Mettensis sub annuo censu, videlicet triginta solidorum Leodiensis monetae, tenuit, libera sub ipso censu a nobis gaudeat possessione, statuentes, ne quis humilis vel alta persona dictam ecclesiam in nostra concessione impedire praesumat. Si quis autem aliquid in contrarium attemptaverit, sciat se indignationem Dei omnipotentis et nostram incurrisse. Ut autem haec omnia ipsis ibidem degentibus observentur, has praesentes litteras sigillo nostro auctorabili munitas nostrae confirmationis eisdem jussimus assignari.

Datum in castris apud Wustemule, kalendis septembris, indictione secunda, feliciter[1].

IV.

Henri I, duc de Lotharingie, affranchit les religieuses de Herckenrode du payement des droits de passage sur les terres de son duché.

1218.

HENRICUS, Dei gratia dux Lotharingiae, omnibus, ad quos litterae istae pervenerint, in perpetuum. Noverit universitas vestra, quod intuitu sacrae religionis, quam diligimus, pro remedio animae nostrae sanctimonialibus de Herkenrode concessimus, ut fratres ipsarum, cum omnibus bonis suis, per

[1]) Conrad, évêque de Spire, devint aussi évêque de Metz, en 1210, et abandonna ce siége en 1224. L'année 1214 est la seule de son épiscopat à laquelle corresponde l'indiction 2.

Digitized by Google

omnem terram potestatis nostrae eundo et redeundo in nostro sint securo conductu, ad hoc clementer eis indulgentes et in perpetuum firmiter statuentes, ut nullum theloneum, nullum vectigal sive pedagium, in omni terra potestatis nostrae persolvant, sed absque omni exactione liberi pertranseant et securi. Ut autem hoc ratum et stabile perpetuo perseveret, praesentem paginam sigillo nostro fecimus communiri.

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo octavo decimo.

V.

Le doyen et le chapitre de Saint-Servais, à Maestricht, vendent à l'abbaye de Herckenrode l'alleu de Meuwen et la forêt de Dondersloe[1].

1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Henricus, Dei gratia decanus, totusque conventus ecclesiae beati Servatii in Trajecto omnibus in perpetuum. Cum res gesta mandatur litteris, universa calumpniae praevenitur materia, nec praestatur litis occasio successoribus. Sciant igitur tam praesentes quam posteri, quod nos allodium nostrum in Mewen, cum silva, quae dicitur Dunserlo, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, mansionariis, omnibusque appenditiis praefatorum bonorum, abbatissae et conventui in Herckenrode libere concessimus jure hereditario possidenda ad censum determinatum, ut scilicet praefatus conventus singulis annis persolvat ecclesiae beati Servatii centum solidos Leodiensis monetae, dative ad duos terminos persolvendos : ad Natale Domini quinquaginta solidos, et ad festum beati Servatii similiter quinquaginta, ad cotidianam fratrum refectionem, ita ut, sive bona praedicta meliorari sive quocumque casu deteriorari contingat, saepedicta

[1]) Wolters a publié cette charte dans sa *Notice sur l'ancienne abbaye de Herckenrode*, p. 60.

Digitized by Google

ecclesia in Herkenrode nichilominus praefatum censum ecclesiae beati Servatii praescriptis terminis annuatim persolvere teneatur. Ut autem hoc factum ratum permaneat et inconvulsum, praesentem paginam sigillo ecclesiae beati Servatii, sigillo domini Ottonis, ejusdem ecclesiae praepositi, nec non sigillo domini Arnoldi, comitis de Los, fecimus roborari.

Testes autem hujus rei sunt de ecclesia beati Servatii : Henricus, decanus ; Winandus, scolasticus ; Heribertus Aquensis ; Gerardus Holdo ; Godescalcus ; Henricus ; Willelmus, canonici ; et alii quam plures. De ecclesia de Herkenrode : Willelmus, monachus ; frater Henricus ; frater Balduwinus ; frater Henricus ; item frater Baldwinus ; frater Arnoldus. De familia comitis de Los : Conradus de Hubertinken, Robertus de Corswerme ; Lambertus, castellanus de Brustem ; Egidius, dapifer ; et alii quam plures.

Actum anno Incarnationis Dominicae millesimo ducentesimo xviiii°.

VI.

Engelbert, archevêque de Cologne, confirme la vente de l'alleu de Meuwen et de la forêt de Dondersloe, faite au monastère de Herckenrode par le chapitre de Saint-Servais de Maestricht.

1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Engelbertus, Dei gratia Coloniensis archiepiscopus, omnibus in perpetuum. Cum propter communem utilitatem ecclesia sancti Servatii bona de Meuwen et sylvam de Donserle, cum suis appendiciis, domui de Herckenrode ad censum perpetuum, centum scilicet solidorum Leodiensis monetae, dederit, sicut ex scriptis utriusque ecclesiae patet, nos, veritatem hujus contractus intelligentes et commodum ecclesiae sancti Servatii, quae nobis auctoritate regia est commissa, perpendentes, praenominato contrac-

Digitized by Google

tui assensum praebemus, auctoritate regia ipsum confirmantes, auctoritate et nostra sub poena excommunicationis statuentes, ne quis ausu temerario praefatam domum de Herckenrode in dictis bonis de cetero molestare praesumat.

Datum anno Domini m. cc. xviiij°.

VII.

Le Souverain Pontife Honorius III confirme l'abbaye de Herckenrode dans la possession de la propriété de Dondersloe consistant en une ferme, grangia, *et un bois*, nemus.

28 avril 1220.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae ac conventui monasterii de Herkenrode salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilectae in Christo filiae, vestris justis precibus inclinati, grangiam et nemus de Dumresele, cum omnibus pertinentiis suis, quae a sancti Servatii Trajectensis, Leodiensis diocesis, et sancti Bartholomaei Leodiensis canonicis asseritis vos emisse, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis et in instrumentis emptionis ejusdem plenius continetur, vobis et per vos eidem monasterio vestro apostolica auctoritate confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Digitized by Google

Datum Viterbii, iiii kalendas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : HONORIUS PP III.

VIII.

Le Souverain Pontife Honorius III confirme l'abbaye de Herckenrode dans la possession de tous ses biens, et en particulier du droit de patronage sur les églises de Hasselt, Curange, Kermpt et Stockrode.

4 mai 1220.

HONORIUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae ac conventui de Herckenrode salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere assensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente, complere. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium vestrum, cum omnibus bonis, quae impraesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus : specialiter autem jus patronatus ecclesiae de Hasselt et de Curinges, de Kermete et de Stockrode, et de Hasselt redditus, ac alia bona a clarae memoriae Lodovico tunc, et nobili viro Arnaldo, fratre suo nunc, comitibus de Los, pia vobis liberalitate concessa, sicut ea omnia juste et pacifice obtinetis, vobis et per vos praedicto monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc.

Datum Viterbii, iiii nonas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : HONORIUS PP III.

Digitized by Google

IX.

Le Souverain Pontife Honorius III confirme l'abbaye de Herckenrode dans la possession de tous ses biens, et spécialement des dîmes de Hasselt, Curange, Stockrode et Zolder.

20 mai 1220.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente, complere. Eapropter, dilectae in Christo filiae, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas et monasterium vestrum cum omnibus bonis, quae impraesentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, praestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus : specialiter autem de Hasselt, de Curinges, de Stokerode et Sulre decimas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos praedicto vestro monasterio auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Viterbii, xiii kalendas junii, pontificatus nostri anno quarto.

Original sur parchemin avec la bulle en plomb, portant la légende : Honorius pp. III.

Digitized by Google

X.

Arnold, comte de Looz, confirme les donations faites à l'abbaye de Herckenrode par le comte Gérard, son père, et le comte Louis, son oncle[1].

1220.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. ARNOLDUS, comes de Los, praesentibus et futuris in perpetuum. Cum tempus instabile rerum obducat memoriam, scripto duximus perpetuandum, quod frater Henricus, primiciator coenobii de Herckenrode, idem allodium, supra quod coenobium ipsum consistit, cum omnibus appenditiis suis et emolumentis intus et exterius, a patre meo, bonae memoriae, comite Gerardo, cum adhuc praedictus frater Henricus in laicali esset habitu, de voluntate et assensu fratrum meorum Ludovici, Gerardi et Henrici, qui et ipsi legitime renuntiaverunt, ipsorum etiam assensu, qui in eodem allodio feodum dicebantur habere, Tegnonis et haeredum ejusdem, comparavit; et post exfestucationem praedictorum se de praefato allodio solemniter investivit. Sublato postmodum patre nostro de medio, acquisivit praenominata domus de Herckenrode a fratre meo comite Ludovico molendinum, quod Tulta nuncupatur, cum omnibus, quae eidem molendino appendebant, in eadem libertatis et juris integritate, qua ipse comes frater et omnes praedecessores nostri hactenus possederant, cum quadam limosa terra et inculta, quae interjacet inter allodium de Kermte et allodium de Herckenrode, quam libere in manu sua tenebat. Totam nihilominus decimam de Hasselt, majorem et minorem, idem frater meus in supremo articulo totaliter praedictae domui legavit. Ego vero postmodum ipsam ecclesiam de Hasselt, et donationem ejusdem praedictae domui, ob remedium animae meae ac fra-

[1]) Ce document a été publié, d'après le cartulaire, par M. Daris, *Notices*, IV, p. 16.

Digitized by Google

trum meorum ibidem quiescentium, totamque piscaturam a magno ponte usque ad molendinum libere contuli et absolute.

Nos autem, qui ecclesiam de Herckenrode speciali amplexamur dilectione, praenominata bona de assensu uxoris nostrae Aleydis confirmamus, sigilla nostra appendimus, statuentes, ut eadem bona praedictae ecclesiae quieta et pacifica permaneant, omni perturbatione semota, liberrima existant, et animalia sua per totam terram nostram communem sine contradictione habeant pastum.

Hujus rei testes sunt : Theodoricus de Althena; Gerardus de Randerode; Arnoldus de Elslo; Hermannus, frater ejus; Alexander de Villari; Wilhelmus de Pietersheim; Robertus de Corswerme; Balduinus de Wido; Godefridus de Calmont; Wilhelmus de Tongris.

Anno gratiae mccxx.

XI.

Le prévôt et le chapitre d'Eyck approuvent une donation de douze bonniers de terres labourables et de six bonniers de bois, faite à l'abbaye de Herckenrode par Gilles de Papenkere.

1220.

A., praepositus Ekensis, et totum ejusdem ecclesiae capitulum universis, ad quos hae litterae pervenerint, in perpetuum. Significavit nobis conventus de Herckenrode, quod Egidius de Papenkere terram suam, quam a praeposito nostro tenebat, et decimam, quam ibidem habebat, eis conferre volebat. Quapropter nobis supplicarunt, ut huic collationi adhiberemus consensum. Nos itaque, communicato consilio, considerantes earum petitionem honestam et ecclesiae nostrae proficuam, eam admisimus sub hac forma, quod praedictus conventus praeposito nostro honorem exhibebit, quod de ea ipsi hominium faciet, et pro decima sex denarios Leodienses pro censu ecclesiae nostrae

Digitized by Google

dabunt annuatim. De consensu ergo praefati E[gidii] terram ipsius : duodecim bonuaria terrae arabilis et sex silvae, et decimam, quam ibidem habebat praepositus noster, dicto conventui reddidit, capitulo nostro consentiente. Et ad majus firmitatis munimentum praesentem paginam sigillo domini A., praepositi nostri, et nostro duximus roborandam.

Actum anno gratiae m. cc. vicesimo.

XII.

Anselme, chevalier de Versaines, vend à l'abbaye de Herckenrode la dîme de Houpertingen[1].

1221.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnoldus, comes de Los, in perpetuum. Quoniam ea, quae temporaliter aguntur, ex temporum diuturnitate in dubium solent devenire, oblivioni volentes obviare, praesenti scripto notum esse volumus tam futuris quam praesentibus, quod Anselmus, miles de Versaines, decimam de Hubertingen, quam de nobis in feodum tenebat, de consensu haeredum suorum, cum omnibus suis appenditiis, domui de Herckenrode perpetuo possidendam absolute vendidit; quam etiam ad praedictae domus usum, sicut debuit, in manus nostras reportavit. Nos vero, rationis tramite utriusque partis commodum et utilitatem considerantes, factum ipsum approbavimus ; et, ut ratum permaneat, praesentem kartam sigilli nostri impressione confirmavimus, et ad majorem rei confirmationem sigillum nostrum et uxoris nostrae Aleydis, comitisse, apponi fecimus, sub poena nostrae offensionis firmiter inhibentes, ne quis ausu temerario imposterum hujus facti rationabilem contractum infringere praesumat,

[1]) Ce document a été publié, d'après le cartulaire, par M. Daris, *Notices*, I, p. 453.

Digitized by Google

immo super omnia cum divina animadversatione sanctum conventum super hac decima aliquo modo inquietare ultra pertimescat.

Testes horum sunt : Theodoricus, castellanus de Los ; Balduinus, dapifer ; Godefridus de Calmont ; Libertus de Scalme ; Vastrardus de Berlo ; Arnoldus Dorpere, de Gingelen ; Wilhelmus de Hadelingen , et alii quam plures.

Actum anno Dominicae Incarnationis m. cc. xxi.

XIII.

Louis, comte de Looz et de Reineck, confirme les donations de l'alleu de Herckenrode et d'autres biens, faites à l'abbaye de Herckenrode par son grand-père Gérard, et les trois fils de celui-ci, Louis, Henri et Arnold, ses oncles[1].

1222.

In nomine sanctae Trinitatis. Ludowicus, comes de Los et de Rineggen, praesentibus et futuris in perpetuum. Cum tempus instabile rerum obducat memoriam, scripto duximus perpetuandum, quod frater Henricus, primiciator coenobii de Herckenrode, idem allodium, supra quod coenobium ipsum consistit, cum omnibus appenditiis suis et emolumentis, intus et exterius, legitima emptione ab avo meo, bonae memoriae, comite Gerardo, cum adhuc praedictus frater Henricus in laicali esset habitu, voluntate patris mei, comitis Gerardi, et patruorum meorum, piae memoriae, Ludowici, Henrici et Arnoldi, comitum ; qui et ipsi legitime renuntiaverunt et effestucaverunt ; ipsorum etiam assensu, qui in eodem allodio feodum dicebantur habere, Tegnonis et haeredum ejusdem, comparavit et post effestucationem praedictorum se de praefato allodio solemniter investivit. Sublato postmodum avo meo

[1]) Publié fautivement par Wolters dans sa *Notice sur l'ancienne abbaye de Herckenrode*, p. 74.

Digitized by Google

de medio comite Gerardo, acquisivit praenominata domus de Herckenrode a patruo meo, comite Ludowico, molendinum quod Tuylt nuncupatur, cum omnibus, quae eidem molendino appendebant, in eadem juris et libertatis integritate, qua ipse comes, patruus meus, et omnes praedecessores sui hactenus possederant, cum quadam limosa terra et inculta, quae interjacet inter allodium de Kermte et allodium de Herckenrode, quam libere in manu sua tenebat. Totam nihilominus decimam de Hasselt, majorem et minorem, idem patruus meus in supremo mortis suae articulo totaliter praedictae domui legavit; postmodum vero patruus meus, comes Arnoldus, ipsam ecclesiam de Hasselt et donationem ejusdem praedictae domui, ob remedium animae suae et fratrum suorum ibidem quiescentium, ubi nunc et ipse similiter sepultus in pace requiescit, totamque piscaturam a magno ponte usque ad molendinum libere contulit et absolute.

Et, quia ecclesiam de Herckenrode speciali amplexabatur dilectione, praenominata bona de consensu uxoris suae confirmavit, et sigillum suum cum sigillo uxoris suae Aleydis appendens, statuit, ut eadem bona praedictae ecclesiae quieta et pacifica permaneant, omnique perturbatione semota, liberrima existant, et animalia sua per totam terram suam communem sine contradictione pastum habeant.

Igitur, cum haec omnia a tam caris et praeclaris praedecessoribus meis rationabiliter sint ordinata et collata, ob ipsorum piam memoriam sanctique conventus orationum intuitu, ea, prout decens et justum est, rata tenere volens, pio ac voluntario affectu approbavi, et contra omnes calumniatorum insidias praesens scriptum proprio sigillo confirmavi.

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo secundo.

Digitized by Google

XIV.

Conrard, chevalier de Versaines, vend à l'abbaye de Herckenrode une part de la dîme de Houpertingen[1].

1223.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ludovicus, comes de Los et de Renegge, omnibus in perpetuum. Notum esse volumus tam futuris quam praesentibus, quod Conrardus de Hubertinghen, vir nobilis, partem decimae ejusdem villae, quam de nobis in feodo tenebat, in manus nostras resignatam de nostro consensu domui de Herckenrode, cum omnibus appendiciis suis absolute vendidit, et haeredibus suis assensum praebentibus, perpetuo possidendam libere contradidit. Quod, quia ratum et inviolabile permanere cupimus, scriptum praesens sigilli nostri impressione fideliter communimus.

Actum Dominicae Incarnationis anno m. cc. xxiii.

XV.

Le Souverain Pontife Grégoire IX confirme le règlement de l'archidiacre de Liège touchant la portion congrue des desservants des églises de Hasselt et d'Othée[2].

5 mai 1229.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae ac conventui de Erckenrode, Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant,

[1]) Ce document a été publié, d'après le cartulaire, par M. Daris, *Notices*, I, p. 454.

[2]) Le règlement fait par l'archidiacre Simon et confirmé par la bulle de Grégoire IX a été reproduit par Daris, *Notices*, IV, p. 57.

Digitized by Google

effectu prosequente, complere. Sane a nobis fuit ex vestra parte petitum, ut, cum S[imon], Leodiensis archidiaconus, auctoritate venerabilis fratris nostri Leodiensis episcopi, loci diocesani, statuerit, quod personae institutae ad praesentationem vestram in ecclesiis vestris de Halut et Orthei debeant vobis de temporalibus respondere, congruam habiturae pro sustentatione sua de ipsarum proventibus portionem; nos, vestris precibus inclinati, quod super hoc auctoritate praedicti episcopi ab eodem archidiacono provide ac canonice factum est, sicut in ejus litteris plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc., etc.

Datum Reatae, iii nonas maii, pontificatus nostri anno secundo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : GREGORIUS PP VIIII.

XVI.

Le Souverain Pontife Grégoire IX confirme l'abbaye de Herckenrode dans la possession de ses biens.

23 juin 1239.

GREGORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui monasterii de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones in Gettincurt, terras et redditus, quos in Grinbedde, in Borse, in Redenkin, in Gerdingen, in Bucholt et in Scortewinde, proponitis vos habere, ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice

Digitized by Google

possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc... etc...

Datum Laterani, viiij kalendas julii, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : GREGORIUS PP VIIII.

XVII.

Le Souverain Pontife Grégoire IX charge l'évêque élu et le prévôt de Cologne d'engager le chapitre de Liége à donner son consentement à la donation des églises de Hasselt et d'Othée, faite à l'abbaye de Herckenrode.

4 juillet 1239.

GREGORIUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis electo et praeposito Coloniensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectae in Christo filiae abbatissa et conventus monasterii de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, humili nobis insinuatione monstrarunt, quod bonae memoriae J[oannes], episcopus, et S[imon], archidiaconus Leodiensis, de Hasselt et de Altei ecclesias eis ad opus sororum infirmantium, non tamen capituli Leodiensis interveniente consensu, pietatis intuitu contulerunt, rectoribus earumdem ecclesiarum de ipsarum proventibus reservato, unde congrue sustentari et episcopalia jura solvere, ac alia onera ipsarum ecclesiarum valeant subportare, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Unde humiliter supplicaverunt, ut paupertati earum paterno compatientes affectu, concessionem ipsam faceremus robur firmitatis habere. Nos igitur dilectis filiis capitulo Leodiensi deferre volentes ac sperantes eos ad opera misericordiae faciles invenire, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsos moneatis attentius et inducere procu-

Digitized by Google

retis, ut pro divina et nostra reverentia concessioni praedictae suum liberaliter impertiantur assensum, alioquin vos auctoritate nostra eorum suppleatis in hac parte defectum, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Datum Laterani, iiij nonas julii, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : GREGORIUS PP. VIIII.

XVIII.

Vidimus *d'un acte par lequel Henri I, duc de Lotharingie et de Brabant, fait don, aux religieuses de Herckenrode, d'une rente de cent sols de Louvain.*

Mai 1242 et 20 juillet 1411.

Universis praesentes litteras inspecturis pariter et audituris DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIAE COLLEGIATAE BEATI ODULPHI LOSSENSIS, Leodiensis diocesis, salutem et rerum subscriptarum agnoscere veritatem. Noveritis, quod nos in manibus nostris tenuimus, habuimus atque vidimus originales litteras illustrissimi ac nobilissimi principis ac domini domini Heinrici, Dei gratia ducis Lotharingiae et Brabantiae, ejus vero sigillo rotundae formae, viridis cerae, ut prima facie videbatur, sigillatas, sanas et integras, non vitiatas, non cancellatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed suspicione quacumque carentes ; quarum litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis :

Mai 1242.

HENRICUS, Dei gratia dux Lotharingiae et Brabantiae, omnibus praesentes litteras inspecturis salutem et scire veritatem. Quae geruntur in tempore, cum tempore ne labantur, scripturarum memoria ac ydoneorum virorum testimonio solent

Digitized by Google

perhennari. Cum in utraque pagina, videlicet veteris et novi testamenti, reperitur expressum, quod quaelibet creatura suo Creatori pro impensis sibi beneficiis teneatur gratiarum actiones pro modulo suo restituere, ac praecipue regibus et rectoribus mundi divina clementia altiora et potiora negotia et regimina commiserit, fulciens eosdem innumerabilibus divitiis prae ceteris eorumdem subjectis mortalibus, dignum valde est et rationabile, quod quilibet princeps vel potens, secundum facultates et dignitates sibi a Deo concessas, efficaciore studio, toto conamine intentionis, ubicumque facultas se optulerit, largitori cunctorum grates in recompensationem sibi creditorum sataget amministrare. Inde est, quod per praesens scriptum praesentibus et posteris declaramus, quod nos, ob nostram salutem nec non pro remedio animarum progenitorum nostrorum, religiosis et in Christo nobis dilectis abbatissae et conventui in Herkenrode, Cysterciensis ordinis, in elemosinam contulimus centum solidos Lovaniensis monetae, perpetuo percipiendos annuatim in festo beati Andreae de redditibus nostris provenientibus de domo panuali, quam habemus in Antwerpia. Unde divino zelo ducti praescriptam collationem a nobis et nostris successoribus perpetualiter volumus roborari et nullius temerario ausu violari, [et idcirco] praesenti scripto nostrum sigillum fecimus appendi, adhibitis subscriptis testibus, scilicet: Domino Godefrido de Perwez, nepote nostro; Arnoldo, senescallo de Rotselar; Henrico de Ottenburch; magistro Danyel; Gerardo de Yska, dapifero nostro; Wilhelmo de Eversbergen; Karolo de Arscot; Tontone; Johanne de Berghe; magistro Francone; Symone, capellano nostro; Wilhelmo Noze et Henrico, fratre ejus, scabinis Antwerpiensibus, et aliis quampluribus.

Acta sunt haec apud Antwerpiam, mense mayo anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo.

Et quia nos decanus et capitulum praedicti, facta per no[s]

Digitized by Google

diligenti collatione praescriptae copiae ad originales litteras antedictas, invenimus copiam eamdem cum originalibus litteris praedictis in omnibus concordare, idcirco sigillum nostri capituli praesentibus duximus appendendum in fidem et testimonium collationis praedictae, quae facta fuit anno Nativitatis Domini millesimo quadringentesimo undecimo, mensis julii die vicesima.

XIX.

Les abbés de Villers et d'Aulne déclarent que, pendant la vie de Guillaume, seigneur de Montigny, la présentation à la chapellenie de Binderveld appartiendra à l'abbaye d'Orienten et la collation à celle de Herckenrode; après la mort du seigneur de Montigny, l'abbaye de Herckenrode aura à la fois la présentation et la collation.

23 août 1242 et 18 janvier 1276 (nouveau style).

Universis praesentes litteras visuris frater Ar., de Villari, et frater J., de Alna dicti abbates, salutem in Domino : Noveritis nos vidisse et perlegisse litteras venerabilium patrum nostrorum praedecessorum, quondam abbatum praedictorum locorum, in haec verba :

23 août 1242.

Universis praesentes litteras inspecturis frater Ar., de Villari, et frater B., de Alna dicti abbates, salutem in Domino. Noverint universi, quod nos de controversia, quae vertebatur coram nobis inter abbatissas de Herckenrode et de Oriente, et earum conventus, super collatione capellaniae de Bilrevelt, consideratis omnibus, quae secundum formam juris fuerant consideranda, habito prudentum virorum consilio, auctoritate capituli generalis nobis in hac parte commissa, sententiando pronunciavimus, quod, quando dictam capellaniam vacare contigerit, abbatissa et conventus de Oriente, quamdiu vixerit dominus Willelmus, castellanus de Montiniaco, abba-

Digitized by Google

tissae et conventui de Herckenrode personam ydoneam praesentabunt; abbatissa autem et conventus de Herckenrode donum ejusdem capellaniae personae praesentae, dummodo ydonea existat, conferre tenebuntur. Cum vero praenotatus castellanus de hac vita decesserit, jus conferendi praedictam capellaniam, quod ad ipsum spectat, ad abbatissam et conventum de Herckenrode totaliter devolvetur. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillis nostris duximus roborandas.

Datum in vigilia beati Bartholomaei, apostoli, anno Domini m° cc° quadragesimo secundo.

Verum, quia jus conferendi sive praesentandi capellaniae praedictae jam ad abbatissam et conventum de Herckenrode, secundum formam dictarum litterarum, dinoscitur devolutum, ac etiam sigilla praedictorum abbatum, quibus tunc temporis utebantur, immutata sunt et renovata, postularunt humiliter a nobis et optinuerunt abbatissa et conventus de Herckenrode tenorem praemissarum litterarum transcribi et nostris sigillis communiri.

Datum per copiam anno Domini m°. cc°. lxx° quinto, in Cathedra beati Petri.

Original sur parchemin, muni de deux sceaux très frustes.

XX.

Le Souverain Pontife Innocent IV accorde à l'abbaye de Herckenrode le privilège de ne pouvoir être contrainte d'admettre des religieuses au-delà d'un nombre convenable.

15 février 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui monasterii sanctae Mariae de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Divini optentu

Digitized by Google

nominis, cujus cultui mente devotissima deservitis, vestris justis votis libenter annuimus et ab hiis, quae possint inferre dispendium, vos affectu benivolo praeservamus. Vestra siquidem petitio nobis exhibita continebat, quod sororum monasterii vestri, paupertate gravati, numerus in tantum excrevit, ut ex facultatibus ejusdem vos coelestium intentae meritis vix commode sustentari possitis. Quare nobis humiliter supplicastis, ut, cum plurium sororum receptio propter hoc dispendiosa vobis nimium redderetur, vestrae in hac parte quieti de benignitate Sedis Apostolicae dignaremur misericorditer providere. Nos itaque humilitatis vestrae pia desideria benigni favoris gratia prosequentes, quod nullam in sororem invite per litteras nostras teneamini recipere, nisi expressam de hac indulgentia fecerint mentionem, vobis auctoritate praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino, etc..., etc...

Datum Lugduni, xv kalendas martii, pontificatus nostri anno tertio.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : INNOCENTIUS PP IIII.

XXI.

Sentence arbitrale au sujet des dîmes de Steynverde, d'un legs de Guillaume dit Burgensis, et de certaines dîmes de Gerdingen[1].

16 mars 1247 (nouveau style).

Nos magister G., decanus [Trajectensis], frater E., gardianus loci ejusdem, TH. DE LOS, capellanus de Herkenrode, Leodiensis diocesis, omnibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, cognoscere veritatem. Cum super omnibus controversiis, quae fuerunt inter domum de Herkenrode, ex una parte, et Arnoldum, nobilem virum, dominum de Steine, ex

[1]) Ce document a été analysé par M. Daris, dans ses *Notices*, IV, p. 109.

Digitized by Google

altera, tam super terminis decimae de Steinverde quam super domo et curti et sex bonnariis terrae, et quibusdam mobilibus, quae Willelmus Burgensis et filia sua domui de Herkenrode legaverunt, quam super foeni et novalium decimis de Gherdinghen, quam super ablatione straminum, tam super eo, quod praedictus Arnoldus, nobilis, domum de Herkenrode impedivit, quominus decimam de Steine reponere ac deportare posset, quorsum vellent, ut dicebant, in nos esset de plano sub poena l. marcarum compromissum; quam poenam pars arbitrium observare nolens parti arbitrium observare volenti, solempni stipulatione facta, ad invicem repromiserit. Nos vero super praedictis quaestionibus, omnibus partibus coram nobis convocatis, et petitione ac responsione hinc inde factis, sacramento calumpniae a partibus solempniter praestito, testibus et forma jurys receptis ac publicatis, die ad sententiandum praefixa, pronuntiavimus praedictam domum terminos praedicti Arnoldi apud Steinverde intercepisse; quem ad eosdem restituimus pleno jure in posterum possidendos. Foeni et novalium decimas apud Gherdinghe pronuntiavimus ad domum de Herkenrode tunc non pertinere. De stramine et impedimento repositionis et deportationis decimae de Steine, quorsum vellet domus de Herkenrode, quod eidem domui contulit praedictus Arnoldus, nobilis dominus de Steine, ut conquerebatur, pronuntiavimus saepedictum Arnoldum, dominum de Steine, nullum impedimentum nec stramine, nec in reportatione, nec in deportatione decimae Steine, nullum inposterum impedimentum praestare debere. Legatum vero, quod Willelmus Burgensis et filia sua domui de Herkenrode legaverunt, saepedictae domui adjudicavimus pleno jure in perpetuum possidendum, ita tamen quod curiae de Steinverde, ubi sunt censualia, jus per omnia conservetur illaesum; fructibus vero hinc inde receptis ad invicem compensatis, saepedictam domum condempnavimus saepedicto nobili viro in xii marcis tres solidis minus, et duobus modiis siliginis et dimidio, et uno vase mensurae Trajectensis, et uno modio avenae.

Digitized by Google

Et ut praedicta inter saepedictos in perpetuum stabilia permaneant et inconvulsa, praesentem kartam conscribi et sigillis nostris fecimus communiri.

Datum anno Domini m° cc° quadragesimo sexto, sabbato *Sitientes*[1].

XXII.

Accord conclu entre les religieuses de Herckenrode et le chevalier Henri de Weldeke, touchant le cours d'eau faisant mouvoir le moulin de l'abbaye et celui du chevalier[2].

Juin 1247.

Universis praesentes litteras inspecturis ego Henricus, miles, dictus de Weldeke, cognoscere veritatem. Quoniam ea, quae geruntur in tempore, frequenter elabuntur cum tempore temporis obnubilata diuturnitate, necessarium est, ut ea, quae volumus ad posterorum noticiam illibata pervenire, litterarum studeamus testimonio diligenter commendare. Inde est, quod ego tam praesentibus quam futuris notum esse volo, quod de controversia, quae vertebatur inter me, ex una parte, et abbatissam et conventum de Herkerode, Cisterciensis ordinis, ex altera, super aqua, quae defluit a molendino earum ad molendinum meum, tandem de consilio bonorum virorum in hanc formam pacis conveni cum iisdem, quod cursum aquae defluentis a molendino suo ad meum nullatenus impedire vel ad cursum alium deflectere poterunt vel derivare; nec ego potero similiter eamdem aquam levare, ita quod ascendat palos defixos in alveo aquae ad metiendum, quantum ascendere debeat aqua

[1]) Le samedi *Sitientes* est le samedi avant le dimanche de la Passion. On le nomme ainsi parce que l'introït de la Messe commence ce jour-là par le mot *Sitientes*.

[2]) Il s'agit ici du moulin de Tuylt, dont il est question dans les documents n°s II, X et XIII, ci-dessus, pp. 222, 230 et 234.

Digitized by Google

supradicta. Per medium autem alvei de ripa in ripam trabem ligneam ex transverso collocare tenebuntur et perpetuo detinere duobus in locis; quae sit altitudinis ejusdem cum palis et ita firmiter collocata, quod aqua subtus trabes ligneas non exeat. Et quandocumque putrefactae vel vetustate consumptae fuerint, novam in loco suo trabem reponere tenebuntur, quae sit ejusdem altitudinis cum palis et cum trabe priore. Si vero negligentes extiterint ad hoc faciendum, ego Henricus aggerem de terra loco trabis supradictae de ripa in ripam alvei statuere potero et detinere, donec trabem alteram collocaverint loco et modo supradicto, ne propter earum negligentiam subtrahatur aqua molendino meo vel minuatur. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillis domni J., abbatis de Alna, et domni H., abbatis Vallis sancti Lamberti, Cisterciensis ordinis, et sigillo abbatissae praedictae et sigillo nostro fecimus roborari.

Actum anno Domini m° cc° xlvii°, mense junio.

XXIII.

Le Souverain Pontife Innocent IV accorde aux religieuses de Herckenrode le privilège de ne pouvoir être frappées de censures canoniques par les légats du Saint-Siége.

17 octobre 1247.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui monasterii de Hekerode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicae Sedis ampla benignitas, provide pensans merita singulorum, illos non immerito gratia prosequitur ampliori, quos in sua devotione promptos invenerit et ferventes. Sincerae igitur devotionis fervorem, quem ad nos et Romanam ecclesiam habere noscimini, studiosius attendentes, ac per hoc cupientes vos speciali gratia prosequi et favore, auctoritate vobis praesentium indulgemus,

Digitized by Google

ut nullus delegatus a nobis, vel subdelegatus ab eo executor, seu etiam conservator a Sede Apostolica deputatus, in vos interdicti vel suspensionis aut excommunicationis sententiam valeat promulgare, absque mandato Sedis ejusdem expressam faciente de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino etc.

Datum Lugduni, xvi kalendas novembris, pontificatus nostri anno quinto.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : INNOCENTIUS PP IIII.

XXIV.

Guillaume, roi des Romains, affranchit l'abbaye de Herckenrode du payement des droits de passage sur ses terres.

6 février 1248 (nouveau style).

WILHELMUS, Dei gratia Romanorum in regem electus et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Deo, Creatori nostro, gratum et placens non ambigimus obsequium exhibere, si loca divino cultui mancipata ampliare curaverimus et eorum promotioni ac commodo intenderimus cum effectu. Significandum itaque duximus universis tam praesentibus quam futuris, quod nos ecclesiam de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, cum personis et rebus, sub nostram et imperii protectionem recepimus specialem, volentes, ut ubicumque per terras comitatus nostri, tam per Hollandiam quam per Selandiam negotiari necesse habuerint, sub conductu nostro libere pertranseant et secure. Ad haec de speciali nostri culminis gratia et favore indulgemus eis et concedimus, ut in terras nostras victualia, eorum butirum seu quascumque alias res ad opus sanctimonialium ibidem Deo militantium pertinentes per naves, per currus vel in equis, ab omni exactione thelonei transeant et perducant; statuentes et sub interminatione gratiae nostrae praecipientes, ut nullus sit,

Digitized by Google

qui ausu ductus temerario ipsas, vel earum nuncios, in personis vel in rebus molestare vel impedire audeat, aut dampnum aliquod, nominatim in requirendo theloneo, eis, seu in aliis, laesionibus irrogare; quod qui fecerit, indignationem tremendi judicis nostraeque celsitudinis gravem offensam se noverit incursurum.

Datum apud Lovanium, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, viii idus februarii, indictione quinta.

XXV.

Arnold, comte de Looz, et Jeanne, son épouse, accordent à l'abbaye de Herckenrode la pleine et entière possession de ses biens.

19 mai 1249.

Universis praesentes litteras visuris Arnoldus, comes de Los et de Chiney, et Joanna, uxor ejus, comitissa eorumdem locorum, cognoscere veritatem. Noverint universi, quod nos, ob remedium animarum nostrarum ac praedecessorum nostrorum, abbatissae et conventui de Herckenrode contulimus in eleemosynam, ut omnia bona, quae eidem abbatissae et conventui competebant vel competere poterant et possidebant, libere et sine contradictione qualibet a nobis et nostris successoribus valeant obtinere, tam in sicco quam in madido, tam in fluminibus quam in sylvis et aliis attinentiis, usque ad diem confectionis litterarum praesentium. Ut autem haec collatio nostra firma et rata permaneat, praesentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas.

Actum et datum anno Domini m. cc. xlix, feria quarta ante Pentecosten.

Digitized by Google

XXVI.

L'official de Liège adjuge à Paul, curé de Hasselt, les revenus de l'église de ce lieu, qui lui étaient contestés par la comtesse d'Alverne et son fils Gui.

20 mai 1251.

In nomine Domini, amen. Universis praesentes litteras inspecturis N. DE MACERIIS, canonicus sancti Johannis in Leodio et officialis Leodiensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum Paulus, rector ecclesiae de Halut, comitissam de Alvernia, coram nobis traxisset in causam, libellum suum contra eam edidit in hunc modum :

Dicit Paulus, rector ecclesiae de Halut, contra dominam comitissam de Alvernia, quod ipsa comitissa consilium et auxilium domino Guidoni, filio suo, praebet per potenciam suam secularem ad hoc, quod idem Guido fructus ecclesiae suae praedictae a tempore, quo curatus ejusdem ecclesiae fuit, scilicet a festo Assumptionis beatae Mariae anno Domini mccxlvii, recepit indebite et recipi fecit contra ipsius rectoris sive curati voluntatem. Dicit etiam, quod iidem fructus deducti sunt in domum suam vel potestatem suam, ubi sibi placuit. Et petit idem rector praedictam dominam comitissam sibi condempnari et compelli, quod dictam potenciam auferat, ipsumque fructibus suis gaudere permittat; offert enim se probaturum praedicta, vel ex eis, quantum sufficiet ad intentionem suam habendam, ita quod valeant ei ea de praedictis, quae ipse probaverit, ac si plura non posuisset.

Lite autem super praemissis contestata, praestito a partibus calumpniae sacramento, confessionibus partium auditis et in scriptis redactis, testibus ex parte dicti Pauli et instrumentis in modum probationis suae productis, auditis iisdem testibus et examinatis, eorumque depositionibus rite publicatis, data copia dicendi in testes et dicta ac contra instrumenta; die

Digitized by Google

demum ad audiendum sententiam diffinitoriam assignata et collecta, partibus in jure coram nobis comparentibus et sententiam fieri petentibus, visis et cognitis meritis causae, habito peritorum consilio, dictam comitissam ad hoc, quod dictum Paulum fructibus ecclesiae praedictae de Halut gaudere permittat, per diffinitoriam sententiam condempnamus, quaestione pronuntiandi de expensis nobis reservata.

Datum anno Domini m° cc° l° primo, sabbato post dominicam *Cantate*.

XXVII.

Gui d'Alverne déclare accepter la sentence arbitrale rendue au sujet de la possession de l'église de Hasselt, et reproduit le texte d'une bulle d'Innocent IV lui conférant la cure de Hasselt.

10 novembre 1251 et 9 juillet 1246.

Universis praesentes litteras inspecturis GUIDO DE ALVERNIA, Dei gratia Insulensis, Tornacensis dyocesis, et Hugardiensis, dyocesis Leodiensis, ecclesiarum praepositus, salutem in Domino. Noveritis, quod, cum nos una cum abbatissa et conventu de Herkenrode, Cysterciensis ordinis, et Paulo, presbytero de sancto Trudone, de querela, quae super ecclesia de Hasselt et omni jure, quod nobis tam auctoritate apostolica quam collatione materna in eadem competebat, cum suis appendiciis ac fructibus ejusdem ecclesiae, inter nos vertebatur, in venerabilem patrem fratrem H., divina providentia titulo sanctae Sabinae presbyterum cardinalem, Apostolicae Sedis legatum, assensu unanimi de alto et basso totaliter compromisimus. Ac ipse, auditis de plano, quod proponere voluimus hinc et inde, ac privilegiis praedictarum abbatissae et conventus diligenter inspectis, nobis praesentibus et dictum suum pronuntiari petentibus, ex officio suo dictum suum et ordinationem suam super praedictis protulerit, nos idem dictum suum et ordinationem

Digitized by Google

suam in hac parte in continenti approbavimus per omnia et promisimus in perpetuum observare et efficaciter adimplere hinc et inde, prout in litteris ipsius legati super hoc confectis plenius continetur. Supradictis quoque abbatissae et conventui, et Paulo, sacerdoti, omnia instrumenta, quae exinde habebamus, exceptis tamen quibusdam litteris papalibus directis decano ecclesiae Lovaniensis, quas confitemur incendio Lugdunensi fuisse concrematas, reddidimus et in manus eorum reportavimus, eisque tum illis, quae incendio combustae erant sive perditae, cujus tenor infra scriptus est, et omni beneficio et auxilio eorumdem renuntiavimus expresse. Tenor autem litterarum praedictarum, quae combustae fuerant, is est :

9 juillet 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio decano ecclesiae Lovaniensis, Leodiensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Personas generis nobilitate conspicuas, quae sunt gratae nobis et Ecclesiae, pro sincerae devotionis et fidei purae meritis prosequi debemus in sui favoris gratia speciali, ut eo plenius Apostolicae Sedi se temporibus oportunis studeant exhibere placitas, quo de hujusmodi meritis se gaudenter conspexerint muneratas. Cum itaque dignum sit, ut dilectam in Christo filiam, nobilem mulierem A[leydem], comitissam Alverniae, nobis et ecclesiae Romanae devotam, in persona dilecti filii Guidonis, nati sui, comitis Clarimontis, praecipuo consequamur honore, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem G[uidoni] ecclesiam de Hasselt, Leodiensis dyocesis, cum suis pertinentiis, in qua dicta comitissa jus dicitur patronatus habere, auctoritate nostra, cessante cujuscumque dilationis et difficultatis obstaculo, conferas et assignes, non obstante, quod ipse minor annis et alias beneficiatus existit, vel si pro aliorum provisione in Leodiensi dyocesi direxerimus scripta nostra sine aliqua indulgentia, de qua in litteris nostris specialem oporteat mentionem fieri, sive pro quo hujusmodi gratia valeat expediri, contradictores et rebelles per

Digitized by Google

censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Nos autem dictam ecclesiam nihilominus praefato G. conferendam donationi apostolicae reservamus, decernentes irritum et inane, si quid de ipsa contra mandatum nostrum contigerit attemptari.

Datum Lugduni VII idus julii, pontificatus nostri anno quarto.

In praedictarum omnium rerum testimonium et munimen praesentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi.

Datum in vigilia beati Martini hyemalis, anno Domini m° cc° quinquagesimo primo.

XXVIII.

Aleydis, comtesse d'Alverne, déclare qu'elle ne possède aucun droit sur l'église de Hasselt.

31 décembre 1251 et 1218.

Universis praesentes litteras inspecturis Aleydis, matrona nobilis, Alverniae comitissa et quondam comitissa de Los. Cum omnium habere memoriam et in nullo peccare divinitatis potius sit quam humanitatis, et nos secundum humanitatem potius quam divinitatem facti, piae memoriae, nobilis viri Arnoldi, quondam comitis de Los, ac nostri, prout in litteris infrascriptis plenius continetur, non bene memores, contra dilectas nostras in Christo abbatissam et conventum de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, super jure patronatus ecclesiae de Hasselt, et ecclesiarum sibi adjacentium, quod ad nos pertinere credebamus, tam per nos quam per dilectum filium nostrum Guidonem de Claromonte, praepositum Insulensem, diutius litigavimus, dicta abbatissa, post multas altercationes coram diversis judicibus habitas, post multos etiam labores, expensas et damna, factum praedicti Arnoldi, quondam comitis de Los, et nostrum plenius nobis reduxerunt ad memoriam, per seipsas et per bonos, nec non et per litteras Arnoldi,

Digitized by Google

comitis supradicti, quas nec cancellatas, nec abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas nobis ostenderunt, et in praesentia nostra de verbo ad verbum legi fecerunt in haec verba :

1218.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. ARNOLDUS, Dei gratia comes de Los. Omnibus praesens scriptum inspecturis in perpetuum. Factum dilectissimi fratris nostri et domini, piae memoriae, Ludovici comitis, ad notitiam tam praesentium quam futurorum, retractare, atque ad salutem animae ipsius, idem factum confirmare dignum duximus ac salubre. Noverint itaque universi, tam praesentes quam posteri, quod dilectae nobis sorores de Herkenrode, ordinis Cisterciensis, de communi consilio quadringentas marcas Leodienses carissimo fratri nostro et domino gratanter et opportune accommodaverunt ad opus itineris Jerosolimitani, quia cruce signatus erat, ita sane quod nobis ceterisque heredibus assensum praebentibus, omnes fructus decimarum de Hasselt, de Kermpt, de Curingen, de Stockrode, in eleemosynam libere perciperent, quoadusque praedictae decimae redimerentur, et tunc tota eis pecunia redderetur, fructibus tamen interim perceptis et in eleemosynam collatis in sortem non computandis. Postea vero, dum carissimus frater noster et dominus in extremis ageret, tactus spiritu devotionis, ob remedium peccatorum suorum, praedictas decimas cum omnibus appenditiis suis, dilectis sororibus, in nostra et plurium praesentia, perpetuo jure possidendas libere et absolute contradidit. Nos itaque hanc ipsius donationem piam et salutiferam approbantes, et ob salutem animae suae, et fratris nostri Henrici, ac praedecessorum nostrorum, ratam habere cupientes, saepedictas decimas in manus domini Hugonis, Leodiensis episcopi, ad opus sanctimonialium coram multis reportavimus, quas ipse episcopus, pro favore suo, sine mora, eis libere contulit, et litteris suis firmavit. Praeterea indigentiae et necessitati earum sororum nostrarum in omnibus providere volentes, ad majorem

Digitized by Google

confirmationis praedictae cautelam, ob remedium etiam peccatorum nostrorum, jus patronatus ecclesiae de Hasselt, cum ceteris ecclesiis sibi attinentibus, quod in nostra manu tenebamus, de consensu uxoris nostrae Aleydis, comitissae, libere contulimus; necnon piscationem a magno ponte usque ad molendinum de Tulte, ad refectionem infirmorum superaddidimus. Ut igitur haec rata et illaesa permaneant, primum contractum, et donum secundum, scripto diligenter annotari fecimus, et praesentem paginam sigilli nostri impressione corroboravimus, sub banno nostrae potestatis districte inhibentes, ne quis ausu temerario contra hanc dilectissimi fratris nostri et domini nostramque donationem aliquid in contrarium agere praesumat. Quod si quis fecerit, iram Dei omnipotentis nostramque offensam se incurrisse certissime cognoscat.

Testes autem hujus rei sunt: Wilhelmus, persona de Hasselt, Theodoricus de Heinsberge, Otto de Borne, Wilhelmus de Pietersheim, Conrardus de Hubertinchen, Wastradus de Hubercurt, Robertus de Coswerem, Lambertus castellanus de Brustemio, Philippus de Herck, et fratres ejus, Godefridus de Lewis, Arnoldus de Weldeke, Aegidius de Hasselt dapifer, aliique quamplures.

Acta sunt haec anno gratiae m. cc. xviii.

Cum igitur quod de ecclesia supradicta de Hasselt et ipsius appenditiis a praedicto comite Arnoldo et nobis factum fuit, per praedicta reductum esset ad memoriam, nos, cum supradictis attendentes ea ab archidiacono Leodiensi, episcopis, archiepiscopis et Sede Apostolica, sicut etiam praedictae abbatissa et conventus nobis plenarie ostenderunt, esse confirmata, ipsis abbatissae et conventui pio condolentes affectu, non solum facta praedicta de ecclesia de Hasselt, immo etiam de omnibus aliis in litteris supradictis contentis, factum ipsum renovando ad praesens assensum nostrum, assensu Arnoldi, domini de Wezemale, mariti nostri, interveniente, praebemus, ipsumque ratificamus liberaliter et devote, et praesentis scripti

Digitized by Google

nostri patrocinio communimus. Ad majorem etiam cautelam sigillum praedicti domini de Wezemale, mariti nostri, praesenti scripto nostro procuravimus apponi.

Ego quidem supradictus Arnoldus, dominus de Wisemale, per praesentes litteras profiteor de consensu meo praedicta acta esse, et in hujus rei testimonium, ad petitionem dominae uxoris meae comitissae, sigillum meum praesentibus litteris apposuisse.

Actum et datum in vigilia Circumcisionis Domini anno Incarnationis Dominicae m. cc. li, mense decembri.

XXIX.

Arnold, seigneur de Wesemael, informe l'évêque de Liége que c'est, de son consentement, qu'Aleydis, son épouse, a déclaré que l'église de Hasselt appartient à l'abbaye de Herckenrode.

31 décembre 1251.

Reverendo patri ac domino H., Dei gratia Leodiensi electo, Arnoldus, dominus de Wesemale, parvitatis obsequium et salutem. Providentiam vestram scire volumus, quod de consensu et voluntate nostra Aleydis, comitissa Alverniae, uxor nostra, adhibuit consensum ad hoc, quod abbatissa et conventus de Herkenrode ecclesiam de Hasselt debeant cum suis appendiciis pleno jure perpetuo possidere, sicut in litteris episcopi super hoc confectis plenius continetur; quare dilectionem vestram humiliter exoramus, quatenus hujusmodi scriptum dignimini confirmare.

Datum anno Domini m. cc. l. primo, in vigilia Circumcisionis Domini. Vale.

Original sur parchemin, muni du sceau en cire verte d'Arnold, seigneur de Wesemael. Sur ce sceau on voit un cavalier tenant de la droite un écu avec trois fleurs de lis, et de la gauche un glaive; le contre-scel porte simplement trois fleurs de lis.

Digitized by Google

XXX.

Henri, élu ou évêque de Liège, confirme la donation de la forêt de Buscurake, faite à l'abbaye de Herckenrode par Arnold, comte de Looz, et son épouse Jeanne.

9 mars 1252 (nouveau style) et 26 juin 1252.

Henricus, Dei gratia Leodiensis electus, universis praesentes litteras inspecturis aeternam in Domino salutem. Petitionem dilectarum in Christo abbatissae et conventus de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, nostrae dyocesis, recepimus continentem, quod nos contractum inter ipsas, ex una parte, et nobiles homines Arnuldum, comitem de Los et de Cyni, ac Johannam, uxorem suam, ex altera, super nemore de Buscurake habitum, nec non collationem de fundo ejusdem nemoris sibi ab eisdem nobilibus factam, ratificaremus et confirmaremus, secundum quod in litteris inde confectis ac sigillis eorumdem nobilium sigillatis continebatur ad plenum; quarum tenorem sub sigillis eorundem nobilium non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte viciatum, vidimus et perlegimus de verbo ad verbum in haec verba :

9 mars 1252.

Universis praesentes litteras inspecturis Arnuldus, comes de Los et de Cyni, et Johanna, comitissa eorumdem locorum, salutem et diligere veritatem. Noverint universi et singuli, quod nos dilectis in Christo abbatissae et conventui de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis dyocesis, nemus, quod appellatur Buscurake, vendidimus, de cujus precio nobis ad plenum satisfactum esse confitemur, ac quietos et pagatos nos clamamus. Fundum autem nemoris ejusdem, prout circonquaque limitatus est, eis in elemosinam pro remedio peccaminum nostrorum ac etiam nostrorum antecessorum, libere et absolute contulimus. In cujus rei testimonium praesentes

Digitized by Google

litteras nostras eis contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Datum sabbato ante festum beati Gregorii, papae, anno Domini m° cc° quinquagesimo primo.

Precibus igitur supradictarum abbatissae et conventus misericorditer inclinati, venditionem et collationem de praedicto nemore, eisdem abbatissae et conventui a supradictis nobilibus factam, prout in litteris ipsorum supradictis per omnia continetur, approbamus, ratificamus, confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, inhibentes districtius sub interminatione anathematis, ne quis de cetero ausu temerario contra venire aut dictas abbatissam et conventum aliquatenus super hoc molestare praesumat. Si quis autem contra hoc aliquid attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, beatae Mariae semper virginis, beati Lamberti, martyris, et nostram se noverit incursurum.

Datum feria quarta post festum nativitatis beati Johannis Baptistae, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

XXXI.

Le prieur et le couvent de Wimmertingen déclarent que c'est à tort qu'ils ont contesté à l'abbaye de Herckenrode la possessiou d'nne partie de la dîme de Hasselt.

18 décembre 1252.

Universis praesentes litteras inspecturis PRIOR ET CONVENTUS DE WEBERTINGHEN aeternam in Domino gratiam et salutem. Universitati vestrae notum facimus, quod nos abbatissam et conventum de Herkenrode, Cysterciensis ordinis, occasione cujusdam decimae, videlicet quaedam particula decimae de Hasselt, quam ad nos credidimus pertinere, fecimus in judicium evocari et laboribus pariter et expensis non modicum fatigari.

Digitized by Google

Quam decimam aliquanto tempore recepimus, ipsis contradicentibus et invitis ; nunc vero, cognoscentes nos in praedicta decima jus non habere, liti cedimus, res... tantes accepta et de expensis in lite factis ipsius abbatissae et conventus nos benevolentiae commendantes. In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas.

Datum feria quarta ante Nativitatem Domini, anno Domini m° cc° l° secundo.

XXXII.

Le Souverain Pontife Alexandre IV délègue l'official de Cambrai pour mettre fin à un différend qui s'était élevé au sujet de la cure d'Othée.

22 avril 1254.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio officiali Cameracensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis Henricus de sancto Trudone, rector ecclesiae de Othei, conquestione monstravit, quod, cum Godefridus de Velbri, clericus Leodiensis diocesis, super provisione sibi facienda de beneficio ecclesiastico in civitate vel diocesi Leodiensi, ad priorem sancti Jacobi Leodiensis, dilecti filii nostri, P., sancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis, in partibus Alammaniae Apostolicae Sedis legati, executorias litteras impetrasset, idem prior, praedicto rectore non monito nec citato, nec se per contumaciam abscentante, dictam ecclesiam, quam idem rector fuerat canonice assecutus, clerico contulit memorato in ipsius rectoris praejudicium non modicum et gravamen. Propter quod idem presbyter, quam cito id ad ipsius pervenit notitiam, ad Sedem Apostolicam appellavit. Ideoque discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus, vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde

Digitized by Google

propositis, quod justum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Neapoli, x kalendas maii, pontificatus nostri anno primo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : ALEXANDER PP IIII.

XXXIII.

Le Souverain Pontife Alexandre IV accorde à l'abbaye de Herckenrode le privilège de ne pouvoir être contrainte par les légats du Saint-Siège d'admettre des religieuses.

9 mai 1254.

ALEXANDER, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui monasterii de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Pacis vestrae quaerentes commodum et quietis, libenter ea vobis concedimus, per quae, materia summota gravaminis, status vestri tranquillitas procuretur. Vestris igitur precibus inclinati, auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut ad receptionem alicujus in monacham vel conversam non teneamini, nec compelli possitis per Apostolicae Sedis vel legatorum ipsius litteras impetratas seu etiam impetrandas, nisi ejusdem Sedis litterae impetrandae plenam et expressam de verbo ad verbum de hac indulgentia et vestro monasterio ac ordine fecerint mentionem. Nulli ergo omnino etc., etc.

Datum Neapoli, vii idus maii, pontificatus nostri anno primo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : ALEXANDRE PP IIII.

Digitized by Google

XXXIV.

Le Souverain Pontife Alexandre IV délègue le doyen et l'archidiacre de Cambrai, pour suppléer, s'il y a lieu, le consentement que le chapitre de Liège refusait de donner à l'achat du bois de Buscarake, fait par l'abbaye de Herckenrode à Arnold, comte de Looz.

14 mai 1254.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et magistro Ywano, archidiacono Cameracensi, salutem et apostolicam benedictionem. Oblata nobis ex parte dilectarum in Christo filiarum abbatissae et conventus monasterii de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, petitio continebat, quod nobilis vir Arnoldus, comes de Los, et nobilis mulier Johanna, uxor ejus, silvam de Bucsrake, pertinentem ad eos, ipsis abbatissae et conventui pro quadam summa pecuniae vendiderunt, ac dilectus filius Leodiensis electus, a quo idem comes terram suam noscitur tenere in feudum, suum praebuit hujusmodi venditioni consensum. Verum, cum capitulum Leodiensis ecclesiae, huic venditioni requisiti, renuant consentire, petierunt humiliter abbatissa et conventus praedictae apostolicae super hoc provisionis remedium adhiberi. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, et dicti capitulum eidem venditioni suum praebere consensum a vobis diligenter moniti recusarint, vos auctoritate nostra venditionem eamdem, prout est provida, confirmare, ac defectum, si quis in ipsa ex eo extitit, quod consensus ejusdem capituli non affuit, supplere curetis.

Datum Neapoli, ii idus maii, pontificatus nostri anno primo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : Alexander pp IIII.

Digitized by Google

XXXV.

Arnold de Meersen et Mechtilde, son épouse, font don à l'abbaye de Herckenrode d'une rente de dix sols et deux chapons.

29 octobre 1257.

Balduinus de Molendino, Johannes Hundermarc et Renerus de Wic, scabini Trajectenses, universis praesentem paginam inspecturis salutem et rei gestae memoriam commendare. Noverint igitur tam praesentes quam futuri praesens scriptum inspecturi, quod nos interfuimus et vidimus, tamquam scabini ad hoc vocati, et audivimus, ubi Mechtildis, relicta Arnoldi dicti quondam de Mersene, in nostra praesentia sua libera voluntate constituta, contulit in elemosinam quinque solidos Leodienses annui census conventui in Herkenrode, ordinis Cisterciensis, et eosdem denarios in festo sancti Johannis Baptistae memorato conventui in domo Jacobi, molendinarii, et suae uxoris nomine Wandelmudis, sita in platea Neucini ex illa parte putei versus Mosam, recipiendos haereditarie et indilate assignavit. Quae domus praenominato Arnoldo, cum adhuc viveret, marito dictae Mechtildis, et ipsi Mechtildi decem solidos Leodienses et duos capones jure hereditario solvere tenebatur, et adhuc obligata tenetur. Et eisdem quinque solidis renuntiavit et in manus praedicti conventus resignavit, et legitime devolvit. Et residuos quinque solidos et duos capones, in Nativitate Domini ipsi solvendos, dicta Mechtildis, postquam viam universae carnis ingressa fuerit, in praedicta domo memorato conventui hereditarie assignavit una cum supradictis quinque solidis in festo sancti Johannis praescripto conventui libere persolvendis, recipiendos et legitime possidendos, facta solutione sex denariorum et duorum caponum de fundo domus Wandelmudae, beghinae, dictae filiae Arnoldi dicti quondam Colscops, in Nativitate Domini; a qua dicta domus respectum habere dinoscitur et dependet.

Digitized by Google

In cujus robur et testimonium, ad petitionem partium, ut dicta elemosina inconvulsa ab omnibus teneatur, sigilla nostra praesentibus duximus apponenda.

Actum mense octobri, feria secunda ante Omnium Sanctorum, anno Domini m° cc° l° septimo.

Original sur parchemin; les trois sceaux sont enlevés.

XXXVI.

L'évêque de Liège délègue le doyen de chrétienté de Maestricht pour qu'il empêche Renier, seigneur d'Aalburg et de Gronsveld, de molester l'abbaye de Herckenrode dans la possession des dîmes de Gronsveld.

5 avril 1258.

H[ENRICUS], Dei gratia Leodiensis electus, dilecto fideli suo decano concilii Trajectensis salutem in Domino. Cum vir nobilis Willelmus, dominus de Aelburg et de Gronsele, bonae memoriae, de consensu dominae Lutgardis, uxoris ejus, et Reneri, filii sui, et uxoris ejus, decimam suam de Gronsele cum suis attinentiis, tam in grossa quam minuta, in abbatissam et conventum de Herckenrode, Cysterciensis ordinis, titulo eleemosinae pie transtulerit, sicut in litteris super hoc confectis ad plenum vidimus contineri, praedicta abbatissa et conventus de Herkenrode sua nobis conquestione monstrarunt, quod praedictus Renerus ipsas super dicta decima inquietat multipliciterque molestat. Quare dilectionem vestram monemus, vobis firmiter injungentes, quatinus ipsum Renerum personaliter moneatis, ut praedictas abbatissam et conventum de Herckenrode pacifica possessione praedictae decimae, legitime sibi collatae, gaudere permittat; alioquin ipsum Renerum ex parte nostra excommunicetis, et excommunicatum publice nuncietis, et ecclesiam de Gronsele et alias, in quibus ipsum divina audire

Digitized by Google

contigerit, ecclesiastico supponatis interdicto, idipsum de sua uxore per omnia observare facientes.

Datum anno Domini m° cc^e l° viii, feria sexta post *Quasi*.

Original sur parchemin, sceau enlevé.

XXXVII.

Le Souverain Pontife Alexandre IV confirme l'incorporation de l'église de Jesseren à l'abbaye de Herckenrode.

15 octobre 1258.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui monasterii de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod dilectus filius electus Leodiensis, tenuitatem reddituum vestri monasterii diligenter attendens, ac vobis super hoc paterna compatiens pietate, devotioni vestrae pia et provida liberalitate concessit, ut proventus parochialis ecclesiae de Jeschere, Leodiensis diocesis, in qua jus patronatus habetis, perpetuo in usus proprios pro sustentatione vestra, cum ipsam ecclesiam vacare contigerit, convertere valeatis, reservata vicario seu investito ipsius ecclesiae de illius proventibus congrua portione, de qua commode sustentari valeat, et episcopalia ac alia ipsius ecclesiae onera supportare, diocesani archidiaconi et decani loci in eadem ecclesia jure salvo, prout in patentibus litteris inde confectis et ipsius electi sigillo munitis plenius dicitur contineri.

Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem electo in hac parte provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus; defectum in hoc habitum,

Digitized by Google

ex eo quod capituli Leodiensis et archidiaconi loci non intervenit assensus, supplentes de nostrae plenitudine potestatis. Nulli ergo omnino etc.

Datum Anagniae, idibus octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : ALEXANDER PP IIII.

XXXVIII.

Renier, écolâtre de Tongres, vicaire général de Liège, et l'abbaye de Herckenrode donnent leur consentement à l'érection d'un oratoire et à l'institution d'un chapelain à l'hôpital de Hasselt.

4 janvier 1261 (nouvean style).

Universis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentem paginam inspecturis magister RENERUS, scolasticus Tungrensis, reverendi patris domini Henrici, Dei gratia Leodiensis episcopi, in spiritualibus provisor, in vero Salutari salutem et agnoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod nos, pensata necessitate et utilitate evidenti hospitalis de Hasselt, auctoritate domini nostri Leodiensis episcopi praedicti, qua fungimur, concedimus, ut in hospitali praedicto oratorium construatur et capellanus ydoneus, a procuratoribus hospitalis ejusdem investito, qui pro tempore fuerit, ecclesiae parrochialis de Hasselt praesentandus, quem procuratores ipsius duxerint eligendum, ab eodem investito instituatur; qui infirmis praedicti hospitalis ac peregrinis ibidem receptis divina debeat celebrare, salvo tamen per omnia jure vel salvis juribus parrochialis ecclesiae memoratae; quae taliter duximus declaranda, scilicet quod capellanus ibidem instituendus in sua institutione, tactis sacrosanctis evangeliis, jurabit, quod in quatuor anni cujuslibet solempnitatibus in perpetuum,

Digitized by Google

videlicet in Natali Domini, in Pascha, in Pentecoste, in festo Omnium Sanctorum, nullos parrochianos de Hasselt recipiet, nec eorum oblationes, imo in principio missae publice clamabit, quod, si aliqui parrochiani de Hasselt ibidem fuerint, sub comminatione excommunicationis exeant et ad parrochialem ecclesiam revertantur, ut tenentur. Si vero dictus capellanus hospitalis praedicti, tam in dictis solempnitatibus, quam in aliis diebus, oblationes vel alia jura parrochialia ecclesiae de Hasselt receperit, illa omnia fideliter restituet investito memorato sub debito praestiti juramenti. Praeterea capellanus idem anniversarium alicujus non faciet, nec trecennale, qui fuerit de parrochia de Hasselt, donec ei constiterit, quod anniversarium vel trecennale praedictorum in ecclesia parrochiali prius factum extiterit, vel certus sit, quod fieri debeat in eadem. Pro quibus anniversario vel tricennali, si contra praemissa oblationes receperit, ad restitutionem earum tenebitur, sub juramento praestito, investito praedicto fideliter faciendam. Insuper, quotienscumque investitus saepedictus funus, peregrinationes vel nuptias habuerit, capellanus praedicti hospitalis non celebrabit, nec permittet celebrari ibidem illis diebus, quousque officium fuerit in parrochia consummatum, dummodo dictus investitus de Hasselt eidem capellano praemissa dixerit vel demandet. Item capellanus jam dictus jura parrochiae universa de Hasselt fideliter observabit et salvabit sub debito juramenti. Ceterum investitus jam dictus in hospitali antedicto jura parrochialia exercebit tam in sepultura quam in unctionibus, visitationibus et omnibus aliis ad jura parrochialia ecclesiae de Hasselt spectantibus.

Nos vero ordinationem praemissam piam, salubrem ac sanctam provide attendentes, ipsam auctoritate domini nostri praedicti, qua fungimur, approbamus, praecipientes ipsam, prout facta est, sub districtione anathematis inviolabiliter observari.

In hanc autem ordinationem tam abbatissa conventus de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, patroni dictae ecclesiae de

Digitized by Google

Hasselt, quam dominus W., investitus ejusdem ecclesiae, consenserunt.

In quorum omnium testimonium et munimen praesentem ordinationem sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Nos vero abbatissa et conventus de Herckenrode, patroni, nec non et investitus praedicti sigilla nostra praesenti ordinationi duximus appendenda.

Actum et datum anno Domini m° cc° lx°, in octava sanctorum Innocentium.

Original sur parchemin, muni primitivement de trois sceaux, dont un, celui du curé de Hasselt, enlevé.

XXXIX.

Guillaume d'Alverne, chanoine de Liège, déclare qu'il ne possède aucun droit sur l'église de Hasselt.

2 mai 1262.

Universis praesentes litteras inspecturis magister Reynerus, scolasticus ecclesiae Tungrensis, provisor in spiritualibus reverendi patris domini H[enrici], Dei gratia episcopi Leodiensis, magister Arnoldus de Gandavo, officialis Leodiensis, salutem in Domino. Notum facimus universis et singulis, quod, cum nobilis vir Willelmus de Alvernia, canonicus ecclesiae Leodiensis, abbatissae et conventui de Herkenrode super ecclesia de Hasselt moveret quaestionem, asserens se jus habere super ecclesia eadem, praedictis abbatissa et conventu dicentibus, quod ipse nullum jus in eadem vel super eadem haberet, tandem praedictae partes, de bonorum consilio, in nos, me scolasticum ex parte abbatissae et conventus receptum, et me magistrum Arnoldum, officialem Leodiensem, receptum ex parte praedicti Willelmi, retentis nobis juridictionibus ordinariis, compromiserunt sub hac forma, quod quicquid, sive de jure, sive de alto et basso, super praedicta quaestione dicere-

Digitized by Google

mus, ipsae partes dictum nostrum inviolabiliter observarent. Post haec vero supradictis partibus in jure coram nobis constitutis, ipse Willelmus, saniori quam prius usus consilio, recognovit in jure coram nobis se nullum jus habere in praedicta sive super praedicta ecclesia de Hasselt, et ex habundanti, si ipse aliquod jus habebat vel aliquam actionem contra praedictas abbatissam et conventum in ecclesia vel super ecclesia praedicta, ipse illud jus et illam actionem eis remisit, et super hoc ipsas abbatissam et conventum quittavit libere et absolute, promittens firmiter coram nobis, quod ipse in futurum eisdem abbatissae et conventui super dicta ecclesia quaestionem non moveret aliquam. Nos quoque praedictas abbatissam et conventum, auditis praedictis et intellectis, de bonorum consilio duximus esse absolvendas, et ipsas ab impetitione dicti Willelmi absolvimus, ipsi Willelmo super ipsa quaestione et ecclesia de Hasselt silentium perpetuum imponentes. In hujus autem rei testimonium nos praedicti magister Reynerus, scolasticus, sigillum nostrum, et magister Arnoldus, officialis, sigillum curiae Leodiensis, partibus praedictis consentientibus et petentibus, apposuimus.

Actum et datum in crastino Philippi et Jacobi, apostolorum, anno Domini m° cc° lx° secundo.

Original sur parchemin, muni de deux sceaux.

XL.

Henri de Gueldre, évêque de Liège, et Othon, comte de Gueldre, affranchissent l'abbaye de Herckenrode du payement des droits de passage en Hollande et en Zélande.

27 mai 1263.

Henricus, Dei gratia Leodiensis episcopus, et Otto, comes Gelriae, universis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino. Cum felicis recordationis dominus Willelmus, quon-

Digitized by Google

dam Romanorum rex, monasterium de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, cum personis et rebus suis, sub sua protectione receperit et conductu, ipsisque ex speciali gratia duxerit indulgendum, ut in terris Hollandiae et Zelandiae victualia eorum, butirum, seu quascumque alias res, ad opus seu usum sanctimonialium ibidem Deo militantium pertinentes, per naves, per currus vel in equis, libere ab omni exactione thelonei transferant et perducant[1], et postmodum clarae memoriae dominus Florentius, frater ejus, et consequenter domina Aleidis, soror ejus, praedictam concessionem et gratiam decreverint observari, prout in ipsorum litteris super hoc confectis vidimus plenius contineri, nos praemissa rata habentes et grata, ab universis theloneariis Hollandiae et Zelandiae mandamus inviolabiter observari, donec dilectus consanguineus noster Florentius, filius praedicti domini regis, haeres praedictarum terrarum, legitimam perveniat ad aetatem, districtius prohibentes, ne quis medio tempore dictas personas in praemissa gratia praesumat aliquatenus impedire.

Datum anno Domini millesimo cc° lx° tertio, feria quarta post dominicam, qua cantatur *Domine in tua.*

Original sur parchemin, muni de deux sceaux.

XLI.

Le Souverain Pontife Clément IV confirme l'incorporation à l'abbaye de Herckenrode des églises de Houpertingen, Jesseren (?), Wilderen, et de la chapellenie de Bindervelt, faite par l'évêque de Liège.

27 janvier 1266.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae et conventui monasterii de Herken-

[1]) Nous avons publié la charte du roi Guillaume, ci-dessus, p. 246, document n° XXIV.

Digitized by Google

rode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noster Leodiensis episcopus, loci diocesanus, diligenter attendens, quod pauperibus et infirmis, quorum ad monasterium vestrum non modica multitudo confluit, elemosinae variae largiuntur, et propter hoc vobis paterna compatiens pietate statuit et vobis provida deliberatione concessit, ut de proventibus ecclesiarum de Hubertenghen, de Geiskema et de Wilre, ac capellae de Bilrevelt, Leodiensis diocesis, ipsarum, in quibus jus patronatus habetis, rectoribus cedentibus vel decedentibus, certam annis singulis portionem percipere valeatis, capituli Leodiensis ad id accedente consensu, prout in litteris inde confectis, ipsius episcopi sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod per eundem episcopum in hac parte provide factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc.

Datum Viterbii, vii kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : CLEMENS PP IIII.

XLII.

Arnold, comte de Looz, consent à la donation du fief de Piederbeek, près de Hasselt, faite à l'abbaye de Herckenrode par Jacques, seigneur d'Ardinghen ; et il renonce, en même temps, aux droits qu'il possède sur ce fief.

11 juin 1283.

Universis praesentes litteras visuris vel audituris ARNOLDUS, comes Lossensis, salutem et rei subscriptae cognoscere veri-

Digitized by Google

tatem. Aeternari debet testibus vel litteris, quod gaudere curat aeternae titulo firmitatis. Noverint igitur universi et singuli, quod in nostra praesentia hominumque nostrorum plurium subscriptorum propter hoc constitutus Jacobus, filius Adae, militis, condam domini de Ardinghen, cum a nobis in feudo et de nostro feudo tenuisset circa triginta bonnaria terrae, videlicet in pratis, censibus, terris arabilibus et mansione quadam in loco, qui dicitur Piederbeken, juxta Hasselt, et in finagio seu territorio ejusdem, de nostrorum consilio seu judicio hominum, effestucans in manus nostras, et renuntians omni juri, quod habebat seu habere poterat praefatus Jacobus in feudo praedicto et bonis supradictis, vendidit illud portario sive magistro portae de Herkenrode ad opus pauperum eodem jure, quo praedictum feudum tenuerat, pro quadam pecuniae summa, de qua recognovit coram nobis nostrisque hominibus pluribus sibi omnino satisfactum fuisse. Nos vero, habito prudentum fide dignorumque consilio, praefatum portarium in dictum feudum et in dicta bona per judicium hominum nostrorum subscriptorum investivimus et in possessionem corporalem posuimus jure hereditario, de dicto feudo terram censualem dicto portario facientes. Pro cujus rei recognitione dictus portarius unum denarium Leodiensem pro quolibet bonnario terrae annui census in festo beati Remigii nobis vel nostris successoribus persolvere tenetur singulis annis.

Insuper nos dicto portario, ad opus pauperum in remissionem peccatorum nostrorum ac praedecessorum, gratiam specialem facere volentes, omni juri, quod habebamus seu habere quocumque modo poteramus, videlicet in exactione, expeditione, assisia, tallia seu alio servitio quocumque, et si quid juris ad praesens in praedicto fundo habemus vel habere possumus, eidem renuntiamus, dicto portario penitus remittentes. Hanc igitur venditionem de nostrorum judicio hominem subscriptorum factam rite, sicut moris est, quantum in nos est, pro nobis et nostris successoribus, laudamus, ratificamus et approbamus.

Digitized by Google

Cui venditioni praesentes fuerunt homines nostri, videlicet vir nobilis dominus Henricus de Pietershem; dominus Gerardus de Berle; dominus Franco de Wangen; dominus Johannes, castellanus de Montenaken; dominus Wilhelmus de Langedris; et dominus Johannes, frater ejus, milites. Johannes, castellanus de Hosammont; Arnoldus, falconarius noster, et alii quam plures famuli et serganti, quorum nomina in hac praesenti pagina non sunt scripta.

Et, ne haec omnia praemissa a nobis vel nostris successoribus, vel ab aliquo, in posterum irritari valeant, violari seu frangi, sed in perpetuum firma et stabilia possint et valeant permanere, sigillum nostrum proprium praesentibus duximus apponendum in signum seu testimonium vel securitatem, nec non et firmitatem seu confirmationem omnium rerum praescriptarum, quibus fidem pro nobis et nostris heredibus seu successoribus adhibemus.

Datum et actum Dominicae Incarnationis anno millesimo ducentesimo octogesimo tertio, feria sexta post festum Penthecostes, apud Curinghen.

Original sur parchemin; sceau enlevé.

XLIII.

Jean, châtelain de Montenaeken, reconnaît tenir en fief de l'abbaye de Herckenrode plusieurs rentes et un bonnier et demi de pré à Graeseu; il conclut ensuite avec les religieuses un accord au sujet de leurs biens à Wilderen.

10 novembre 1284.

Universis praesentes litteras visuris vel audituris Arnoldus, comes Lossensis, salutem in Domino sempiternam et rerum subscriptarum cognoscere veritatem. Ne ea, quae in momento geruntur, tempore labantur in futuro, idcirco debent testibus vel litteris commendari. Noverint igitur universi et singuli,

Digitized by Google

quod in nostra praesentia hominumque nostrorum subscriptorum constitutus dominus Johannes, castellanus de Montenaken, miles, recognovit, quod ipse est homo feudalis religiosae dominae et honestae abbatissae de Herkenrode et conventus loci ejusdem, et ab eisdem in homagium seu feudum tenet unum bonnarium prati et dimidium bonnarium apud Grasen, quod quondam fuit Henemanni dicti Cuppebinder, parum plus vel minus; item unum bonnarium terrae arabilis et dimidium apud Volensvelt; item viginti denarios Leodienses et quatuor capones, qui condam fuerunt Henemanni dicti Regis; item decem denarios Leodienses et duos capones de quadam curia, quae fuit condam cujusdam Jacobi de Bierrevelt; insuper duos denarios Leodienses de uno bonnario terrae arabilis, quam terram tenent seu possident religiosae dominae et honestae abbatissa et conventus de Oriente, Cysterciensis ordinis.

Haec autem praemissa, tali conditione interposita, sunt acta seu ordinata, quod dictus dominus Johannes, castellanus, miles, vel sui heredes seu successores, vel quicumque dictum feudum integraliter relevaverit ab abbatissa et conventu de Herckenrode praedictis, quinquaginta solidos Lovanienses tantummodo solvere tenetur pro relevatione feudi supradicti.

Praeterea praedictis conventionibus est additum, quod abbatissa et conventus de Herkenrode praedicti omnia bona, a quocumque seu a quibuscumque vel ex quacumque parte venientia, quae habent, tenent seu possident in villa de Wilre, juxta Duras, seu in territorio ejusdem villae vel juridictione, in perpetuum uno solo manburno tenere debent seu possidere; quem manburnum dicti abbatissa et conventus de Herckenrode debent praedicto domino Johanni, castellano, militi, pro omnibus bonis suis in villa de Wilre praedicta sive in ejusdem villae territorio vel juridictione existentibus, prout superius dictum est et expressum, liberare pro omnibus illis bonis sive super illis bonis, quae moventur a praedicto domino Johanne, castellano, vel in ejus juridictione existunt.

Digitized by Google

Hiis conventionibus praedictis praesentes fuerunt homines nostri quam plures, videlicet: Dominus Henricus; dominus de Pietershem; dominus Danyel de Hamele; dominus Wilhelmus de Novo Castro, milites. Dominus Arnoldus, capellanus noster de Curinghen; Johannes, castellanus de Hosammont, tunc senescalcus Lossensis; Johannes de Opliewe, castellanus de Kolemont; Ludovicus de Alken; Arnekinus, falconarius noster de Vustherken; et Johannes, clericus noster; ac alii quam plures homines nostri, quorum nomina in hac praesenti pagina non sunt scripta.

Et ad majorem firmitatem praemissorum sigillum nostrum proprium una cum sigillo praedicti domini Johannis, castellani de Montenaken, praesentibus duximus apponendum in signum seu testimonium veritatis seu majoris firmitatis conventionum praedictarum.

Acta sunt haec Dominicae Incarnationis anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto, in vigilia beati Martini hyemalis, apud Curinghen.

Original sur parchemin, muni primitivement de deux sceaux; celui du châtelain de Montenaeken a disparu, celui du comte Arnold est très fruste.

XLIV.

Le chevalier Reinekin et son fils Arnold, dit d'Erpels, vendent à l'abbaye de Herckenrode tous leurs biens situés à Erpels, et Arnold, cowte de Looz, approuve la vente, et rend ces biens allodiaux, qui étaient féodaux auparavant.

26 janvier 1287 (nouveau style).

Universis praesentes litteras visuris vel audituris Arnoldus, comes Lossensis, salutem in Domino sempiternam et rei subscriptae cognoscere veritatem. Ne ea, quae in momento geruntur, tempore labantur in futuro, idcirco debent testibus vel litteris

Digitized by Google

commendari. Noverint igitur universi et singuli, tam praesentes quam futuri, quod in nostra hominumque nostrorum, tam feodalium quam allodialium, nobilium ac vassalorum plurium subscriptorum praesentia propter hoc constituti soror Alycia, Dei permissione abbatissa, totusque conventus de Herkenrode, Cysterciensis ordinis, Leodiensis dyocesis, ex una parte, Reynekinus, filius condam domini Arnoldi de Scuenlo, militis, et Arnoldus, filius praedicti Reynekini, primogenitus primi sui matrimonii, dicti de Erpels, ex altera, recognoverunt dicti Reynekinus et Arnoldus, ejus filius, legitime vendidisse praedictis abbatissae et conventui de Herkenrode omnia bona sua, prout sita sunt, videlicet quadraginta bonnaria terrae, parum plus vel minus, a nobis in feodum descendentia seu moventia, quae habebant seu habere poterant in Erpels, in silvis, terris arabilibus vel non arabilibus, pratis, mansionibus, et censu quinque denariorum (e quibus quinque denariis dictus conventus de Herkenrode, de quadam pechia terrae duos denarios, et domina Menta, in Hasselt commorans, similiter de quadam pechia terrae sita prope Erpels, tres denarios annuatim solvunt) cum quadam platea ad ipsa bona de Erpels pertinente ibidem sita, et in omnibus aliis bonis quibuscumque, pro certa pecuniae summa, de qua sibi recognoverunt ad plenum esse satisfactum in bona et legali pecunia numerata, tradita et deliberata ab abbatissa et conventu supradictis. Et, cum praedictus Arnoldus, filius dicti Reynekini, nondum in bonis praedictis de Erpels, ut moris est, investitus fuerat, praefatisque abbatissae et conventui de Herkenrode ad plenum satisfacere non poterat, ut dicebat, praefatus Reynekinus omnia bona praedicta coram nobis hominibusque nostris feodalibus pluribus subscriptis, ad opus Arnoldi, filii sui praedicti, legitimi heredis, annos legitimae aetatis habentis et discretionis, in manus nostras reportavit et werpiendo effestucavit cum omnibus sollempnitatibus, quae in talibus consueverunt adhiberi. Nos vero praedicta bona omnia feodalia dicto Arnoldo,

Digitized by Google

filio praedicti Reynekini, reddidimus, contulimus et in ipsis bonis investivimus, prout moris est, cum omnibus sollempnitatibus et stipulationibus, per judicium hominum nostrorum feodalium, ad monitionem nostram ore proprio prolatam pertinentibus, in talibus debitis et consuetis.

Omnibus igitur praedictis sic debito modo rite peractis, Arnoldus praenominatus, cupiens et volens saepedictis abbatissae et conventui de Herkenrode ad plenum satisfacere, sicut promisit, omnia bona praenominata feodalia de Erpels, prout a nobis in feodum receperat, coram nobis hominibusque nostris feodalibus, ad opus dictorum abbatissae et conventus de Herkenrode, in manus nostras reportavit, ac werpiendo plenarie et penitus effestucavit, prout consuetudo in talibus exposcit, secundum quod dictavit ordo juris cum omnibus sollempnitatibus et stipulationibus ad hoc debitis et consuetis, renuntiantes tam Reynekinus, pater, quam Arnoldus, filius praedicti Reynekini, pure et integraliter omni juri, quod habebant seu habere poterant in omnibus bonis supradictis.

Nos vero, habito prudentum consilio ac proborum seu fide dignorum, considerantesque, quod omnia bona temporalia cum tempore sunt transitoria, elemosina vero sive ea, quae de genere virtutum existunt, perpetuitatis habeant essentiam seu firmitatem, volentesque ob remissionem peccatorum nostrorum praedictis abbatissae et conventui de Herkenrode gratiam facere specialem, feodum praedictorum bonorum de Erpels mutavimus et mutamus et convertimus in allodium purum cum omnibus juribus ac sollempnitatibus in talibus debitis et consuetis, et dictum allodium praedictis abbatissae et conventui de Herkenrode contulimus, et in ipsum allodium dictas abbatissam et conventum, prout moris est, et in talibus fieri consuevit, cum cultello album manubrium habente, cespite et ramo virente, investivimus et eisdem relinquimus et reliquimus tamquam suum proprium allodium et concessimus nunc et in perpetuum seu in posterum perpetuo jure possidendum et tenendum.

Digitized by Google

Haec autem omnia praemissa, sicut juris est et moris, per judicium hominum nostrorum, tam feodalium quam allodialium, ad nostram monitionem propriam, de articulo in articulum, de gradu in gradum, cum omnibus juribus, judiciis, sollempnitatibus et stipulationibus in talibus debitis et consuetis, juste et rite sunt acta, et ea juste et rite acta in omnibus et per omnia approbamus, et, quantum nostra interest, approbando confirmamus.

Hiis vero omnibus praemissis, tamquam feodales et allodiales, praesentes fuerunt : Henricus, dominus de Pietershem; Franco de Wesemale, dominus de Vivario; Walterus de Here; Wilhelmus de Langedris, et Johannes, frater ejus, milites; Wilhelmus, filius domini de Pietershem praescripti; Arnoldus de Gymenik; Johannes de Opliewe, castellanus de Kolemont; Ludovicus de Alken, dictus de Lude; Wilhelmus de Kermpten, scultetus de Hasselt; et Arnoldus, falconarius noster, famuli et alii quam plures homines nostri, quorum nomina in hac praesenti littera scripta non existunt.

Et ut haec omnia praemissa perpetuitatis habeant essentiam seu firmitatem, et ne a nobis vel nostris successoribus in posterum, quod absit, irritari valeant, violari seu frangi in aliquo, nos in signum confirmationis et firmitatis praemissorum omnium perpetuae praedictis abbatissae et conventui de Herkenrode praesentes litteras contulimus sigillo nostro proprio sigillatas et roboratas.

Datum et actum anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo sexto, dominica ante Purificationem beatissimae virginis Mariae, apud Kassellar, in quadam curia de Herkenrode, Cysterciensis ordinis, Leodiensis dyocesis.

Original sur parchemin, muni du sceau du comte Arnold.

Digitized by Google

XLV.

Jacques, fils du seigneur de Diepenbeeck, reconnaît n'avoir aucun droit sur certaines exactions nommées enger, *ni sur dix-huit verges de pré situés à Rhode sous Diepenbeeck.*

17 février 1292 (nouveau style).

Universis praesentes litteras visuris vel audituris Jacobus, filius nobilis viri domini de Dypenbeke, salutem et cognoscere veritatem. Quoniam quaedam controversia orta esset coram nobis nostrisque scabinis de Dypenbeke inter nos, ex una parte, et religiosas dominas abbatissam et conventum de Herkenrode, ordinis Cisterciensis, Leodiensis dyocesis, ex altera, super quibusdam exactionibus seu juribus, quae vulgariter *enger* nuncupantur, et aliis de decem et octo virgatis prati sitis in Rode prope Dypenbeke, quas dictae dominae a nobis tenebant et tenent. Quae quidem jura seu exactiones, diligenti inquisitione ac deliberatione habita, dictas religiosas dominas seu dictum conventum de Herkenrode de dictis decem octo virgatis prati invenimus minime ac penitus non debere. Quare nos, consilio ducti proborum ac bonorum, dictas religiosas dominas seu dictum conventum de Herkenrode a dictis juribus seu omnibus exactionibus occasione dictarum decem et octo virgatarum prati penitus absolvimus et coram dictis scabinis de Dypenbeke, videlicet Jacobo de Hadenberge, Waltero de Grendele, Arnoldo de Duyen, Gerardo fratre suo, Wilhelmo Cheysir, Lamberto Boy et Petro Incisoris, quitas ac liberas clamamus ac denuntiamus, hoc salvo, quod de dictis decem et octo virgatis prati nobis ac posteris nostris dictae religiosae dominae seu dictus conventus unum denarium Leodiensem usualem, seu valorem dicti denarii pro tempore datum, in die beati Mathaei apostoli, sicut de aliis bonis suis a nobis descendentibus huc usque fecerunt, singulis annis in perpetuum debito modo persolvent; hoc adjecto, quod dictas decem et

Digitized by Google

octo virgatas prati per eumdem manburnum, qui pro tempore aliorum bonorum suorum manburnus apud nos extiterit, observabunt. In cujus rei testimonium et munimen praesentes litteras dictis religiosis dominabus seu conventui dicto, sigillo nostro ac sigillo nobilis viri domini de Dypenbeke, patris nostri dicti, tradidimus roboratas.

Nos vero Jacobus, dominus de Dypenbeke, ad petitionem Jacobi, filii nostri, et in testimonium omnium praemissorum sigillum nostrum praesentibus appendimus.

Actum et datum anno Domini m° cc° nonagesimo primo, feria secunda ante diem cynerum.

Original sur parchemin, muni de deux sceaux.

XLVI,

Arnold, curé de Zonhoven, donne à l'abbaye de Herckenrode tous ses biens patrimoniaux situés à Voordt, pour une rente viagère de deux muids et demi de froment; il cède, en outre, à l'abbaye, pour une rente de huit muids de seigle, la part qui lui revient dans la dîme de Zonhoven.

27 mai 1298.

Universis praesentes litteras visuris vel audituris soror Alytia, abbatissa, totusque conventus monasterii de Herkenrode, ordinis Cysterciensis, Leodiensis diocesis, salutem et cognoscere veritatem. Noverint universi et singuli, tam praesentes quam futuri, quod dilectus nobis in Christo dominus Arnoldus, curatus seu capellanus ecclesiae de Zonue, ejusdem diocesis, omnia bona sua, quae habet ex successione suorum parentum, sita in Vorde, tam in caponibus, censu, terra arabili et pratis, nobis seu nostro monasterio pure propter Deum contulit et donatione inter vivos donavit perpetue possidenda, hac conditione, quod nos dicto domino Arnoldo, quoad vixerit, duos modios frumenti cum dimidio, bonae et payhabilis

Digitized by Google

mensurae sancti Trudonis, in Herkenrode singulis annis dabimus et plene persolvemus. Et est adjectum, quod, si contingat, quod absit, quod aliqua sororum dicti domini Arnoldi in dictis bonis aliquid sibi vendicare poterit seu optinere quoquo modo, quantumcumque optinuerit seu optinuerint, tantum minus dicto domino Arnoldo ad recompensationem bonorum sic optentorum bono modo de dicto frumento persolvemus; non plus a nobis petere potest vel debet. Insuper dictus dominus Arnoldus decimam in Zonue, pro parte sibi competente occasione dictae ecclesiae de Zonue, tam in blado quam in feno existentem, nobis seu nostro monasterio dicto ad firmam seu ad tresensum dedit et contulit, quamdiu dictae ecclesiae deservit et dictam ecclesiam tenuerit, hac conditione, quod nos dicto domino Arnoldo, quamdiu dictam decimam nos tenere contigerit et habere, nostris laboribus et expensis, ubicumque voluerit, in Zonue aut in Herkenrode, vel in Hasselt, de dicta decima octo modios siliginis, bonae et payhabilis mensurae de Hasselt, quolibet anno in festo beati Andreae, apostoli, bene et legitime persolvemus, parva decima dicta de Zonue, tam pro parte nostra quam sua, totali sibi remanente. In cujus rei testimonium et munimen praesentes litteras sub syrographo scriptas sigillo nostro unico, una cum sigillo dicti domini Arnoldi, curati seu plebani aut capellani de Zonue, duximus roborandas.

Nos vero Arnoldus dictus, ad confirmationem omnium praedictorum et testimonium merae veritatis, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum.

Actum et datum anno Domini m° cc° nonagesimo viij, feria tercia in Pentecostes.

Original sur parchemin; les sceaux ont presque entièrement disparu.

Digitized by Google

XLVII.

L'abbaye de Herckenrode cède, sous certaines conditions, à un nommé Conrard et à sa femme un manse situé à Kalverhese près de Hasselt; ceux-ci, en retour, donnent à l'abbaye tous leurs biens meubles et immeubles.

10 juillet 1299.

Universis praesentes litteras visuris vel audituris soror ALYTIA, abbatissa, totusque conventus monasterii de Herkenrode, ordinis Cysterciensis, Leodiensis dyocesis, salutem et cognoscere veritatem. Noverint universi et singuli, tam praesentes quam futuri, quod nos, praehabita deliberatione, unanimi consensu mansionem nostram, prout sita est in Calverhese prope Hasselt, dilecto nostro Conrardo et Gudae, ejus uxori, quoad vixerint, ad inhabitandum et manendum concessimus bono modo, tali conditione, quod nos in dicta mansione usum talem habebimus, qualem consuevimus habere, videlicet fructus decimae de Hasselt in eadem colligendo et ponendo; dictusque Conrardus, prout consuevit, nos juvabit dictos fructus congregare. Quam gratiam dictus Conrardus et dicta Guda, ejus uxor, pro grata habentes, tacti spiritu bono, se et sua omnia bona, quae in praesenti habent seu in posterum habere vel acquirere poterunt, tam mobilia quam immobilia, praesentia *et futu*ra, in puram elemosynam *prop*ter Deum, donatione inter vivos irrevocabiliter dicto monasterio de Herken*rode ad usus* nostros unanimi *consensu* dedicaverunt et optulerunt, dederunt et contulerunt tali con*ditione,* quod bona sua omnia, quoad vixerint, ad usum eorum bono modo, seu alter eorum, qui supervivere contigerit, opt*inebit*[1]. Uno vero defuncto, quicumque ille fuerit, superstes

[1]) Les mots en caractères italiques ont été suppléés, le manuscrit étant lacéré en ces endroits.

Digitized by Google

in dicta mansione nostra nullum jus habebit, sed manebit, ubi nobis placuerit et videbitur expedire. Dictos vero Conrardum et Gudam, conjuges, sub nostra protectione ac .... one tamquam nostros fratres ac familiares nostri ordinis recepimus ; et contra quoscumque defendere tenemur et debemus ; et ad participationem omnium bonorum, quae fiunt et fient in dicto monasterio nostro, recepimus et recipimus eosdem. In cujus rei testimonium et munimen praesentes litteras sub cyrographo scriptas dictis Conrardo et Gudae, conjugibus, sigillo nostro una cum sigillis virorum discretorum domini Walteri, investiti de Hasselt, curati dictorum conjugum, et domini Reineri, curati beghinarum curiae beatae Katerinae prope Hasselt, tradidimus sigillatas.

Nos vero Walterus, investitus, et Reinerus, curatus dicti, ad petitionem reverendae dominae abbatissae et conventus dicti monasterii de Herkenrode et Conrardi et Gudae, dictorum conjugum, et in testimonium omnium praemissorum, sigilla nostra praesentibus litteris duximus apponenda.

Actum et datum anno Domini m° cc° nonagesimo nono, feria sexta post octavas Petri et Pauli, apostolorum.

Original sur parchemin, muni de trois sceaux.

XLVIII.

Théobald, évêque de Liège, approuve la délimitation du moulin de Tuylt et des propriétés environnantes de l'abbaye de Herckenrode, faite par Arnold, comte de Looz et de Chiny.

Mai et 14 juillet 1309.

Theobaldus, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sinceram cum notitia veritatis. Noveritis nos litteras illustris dilecti viri nostri et fidelis Arnoldi, comitis de Los et Chiney, veris ejus et Loduwici, sui primogeniti, sigillis, prout prima facie

Digitized by Google

apparebat, sigillatas vidisse, tenuisse et legisse de verbo ad verbum, formam talem continentes :

Arnoldus, comes de Los et Chiney, universis praesentes litteras inspecturis vel audituris salutem et cognoscere veritatem. Status nostri dignitas et cura nos sollicitat, ut utilitatibus subjectorum nunc declaratione dubiorum, nunc antiquorum privilegiorum conservatione, intente providere curemus. Igitur, diligenti inspectione et examinatione facta cartarum et privilegiorum personarum de Herckenrode a praedecessoribus nostris comitibus eis gratiose concessorum, et specialiter domini Ludowici, comitis, in quibus confitetur sanctimonialibus Cisterciensis ordinis de Herckenrode se contulisse molendinum de Tuylt cum terris limosis et incultis inter Caermte et Herckenrode positis, et unum mansionarium, sylvam quoque, quae Molendyc dicitur, et pratum ei adjacens, sicut in eorum cartis plenius continetur; sed quorumdam effrenatam cupiditatem, quae pacis aemula et materia est jurgiorum, privilegiis et et concessionibus praedictarum religiosarum personarum de Herckenrode indebite obviare volentium carissimus progenitor noster dominus Johannes, comes, volens compescere, et molestatoribus et impugnatoribus earumdem satisfacere, vocari fecit hujus causa quamplures seniores et meliores juratos de Caermte et de Cueringhe, qui limites decernerent per eorum juramentum secundum cartas et concessiones praedictis religiosis factas, unicuique jus suum tribuendo. Qui omnes, tactis sacrosanctis, juraverunt, quod justam facerent limitationem. Et concorditer, sumptis lapidibus, primam limitationem fecerunt ponendo lapidem prope slusam, ubi quondam stabat molendinum, quod dicebatur Weitini, super pratum Johannis de Obrake; item secundam fecerunt limitationem ponendo pro signo lapidem prope pascua Arnoldi Pollards in loco, qui dicitur *Vorden Garder*; quae pascua quondam fuerunt Wilhelmi, filii Walteri de Caremte, retro domum Johannis de Balreberg ; item tertium lapidem in signum et limitationem

Digitized by Google

posuerunt in vivario Theoderici de Rake in angulo; item quartum similiter posuerunt lapidem ante hostium dicti Theoderici de Rake inter mansionem suam et pistrinum; item quintum lapidem posuerunt prope mansionem Theoderici dicti Osschen, in platea, qua itur de Herckenrode versus Caremte; item sextum similiter posuerunt lapidem prope domum cujusdam mulieris, quae Lola vocabatur, filia quondam Bartholomaei, prope Arnoldum de Hoeve; item septimum posuerunt prope domum quondam Arnoldi dicti Etbroet senioris. Et istis limitationibus solempniter et legitime factis interfuit carissimus pater noster dominus Johannes, comes, tamquam dominus superior, approbans et confirmans limitationes superius assignatas. Et cum eo fuerunt dominus Henricus de Pittershem, dominus Oeste de Borne, dominus Walterus de Hare, dominus praepositus de Scoenlo, dominus Johannes de Landries, et dominus Wilhelmus, frater ejus, dominus Wilhelmus de Novo Castro, milites; et dominus Michaël de Rechem, dapifer, qui ex officio suo praedictos lapides pro limitatione posuit cum solempni et legitimo banno secundum morem patriae in perpetuam memoriam et de voluntate et consensu istorum omnium suprascriptorum.

Nos autem praedecessorum nostrorum, et specialiter carissimi patris nostri domini Johannis, comitis, vestigia sequentes, cordi nobis est lites dirimere et a vexationibus relevare subjectos. Misimus de nostro consilio dominum Godefridum de Lewis et dominum praepositum de Scoenlo, milites, examinare cartas, privilegia et concessiones praedictarum personarum religiosarum de Herckenrode, insuper investigare limitationes superius nominatas ac lapides positos in supradictis locis ad terminos discernendos. Quibus diligenter examinatis, cum solempnitate juramenti nobis fideliter retulerunt, quod omnia, quae carissimus pater noster fecerat in praedicta limitatione ac lapidum positione, legitime et bene fecit et jure perpetuo observandum. Quapropter ob remedium animarum praedeces-

Digitized by Google

sorum nostrorum, et specialiter carissimi patris nostri, ac animae nostrae, praedictas limitationes et lapides in praedictis locis positos, prout superius est scriptum, approbamus, confirmamus, firmas et ratas esse volumus in perpetuum, et sigilli nostri appensione roboramus, et a personis nostris mandamus observari. Volumus insuper quod Lodowicus, primogenitus noster, sigilli sui signo ista superius scripta facta et narrata nobiscum approbet et confirmet.

Et ego Lodowicus ista omnia sic superius facta et habita ratifico et confirmo, servabo et faciam inviolabiter observari signo sigilli mei simul cum reverendi domini patris mei sigilli appensione.

Actum tempore sororis Margaretae de Steyns, abbatissae de Herckenrode, anno Domini m° ccc° nono, in mense maii.

Nos autem, paci et quietudini dictarum religiosarum paterno providere cupientes affectu, praemissa omnia in dictis litteris contenta, quantum in nobis est, confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, et volumus ea perpetuis temporibus inconvulsa observari, inhibentes sub anathematis intermissione, ne quis in contrarium ausu temerario quicquam in posterum attemptare praesumat.

In cujus rei testimonium et munimen praesentes litteras nostri fecimus sigilli appensione roborari.

Datum anno Domini millesimo ccc° nono, feria secunda ante festum Divisionis Apostolorum.

Original sur parchemin, muni d'un fragment du sceau de l'évêque.

Digitized by Google

XLIX.

Reynold, seigneur de Monjoie et Fauquemont, affranchit les religieuses de Herckenrode du payement des droits de passage sur ses terres.

26 décembre 1311.

Nos Reynoldus, dominus de Monjoie et de Valkenburgh, notum facimus universis, quod, cum religiosae personae et honestae abbatissa et conventus monasterii beatae Mariae in Herkenrode, Cisterciensis ordinis, nostros piae memoriae parentes, et nos, nostrosque haeredes et successores, in ipsarum receperint fraternitatem, participes nos et ipsos facientes omnium bonorum, quae per ipsas in praesente vel in futuro cooperari dignabitur clementia Salvatoris, nos, ut assiduo nostris intendant orationibus, nostrorum parentum ac haeredum, ipsis pro nobis et nostris haeredibus annuimus et concedimus, quod omnia eorum vina, quae in eorum claustro pota... Valkenburgh et in terra nostra, absque theoloneo et libere transire permittimus, promittentes bona fide pro nobis ac nostris haeredibus contra praemissam libertatem vel donationem in posterum per nos seu alios nullatenus venturum; et nos nostrosque parentes et heredes perpetui provide participes erimus omnium bonorum, quae per ipsas cooperari dignabitur clementia Salvatoris.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini m. ccc. undecimo, in crastino Nativitatis ejusdem.

Digitized by Google

L.

Arnold, comte de Looz, règle la collation de la chapellenie qu'il a fondée à l'abbaye de Herckenrode.

7 mars 1322 (nouveau style).

Nos Arnoldus, comes Lossensis, universis praesentes litteras inspecturis, salutem cum noticia veritatis. Cum nos ob remedium animae nostrae et animae dilectae Margaretae, comitissae, quondam uxoris nostrae, quinque capellanias de bonis nostris et in locis, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, fundandas duximus et dotandas[1], quarum una in abbatia monialium de Herkenrode edificata est et dotata, nos, primam collacionem dictae capellaniae nobis reservantes prima vice, jus patronatus ejusdem in posterum abbatissae et conventui praedicti monasterii de Herkenrode pure propter Deum conferimus et donamus, ita tamen quod, post decessum illius capellani, cui praedictam capellaniam contulimus, abbatissa et conventus dictam capellaniam per personam ydoneam facient deservire et bona in dicta capellania a nobis assignata integraliter de cetero pacifice percipient et levabunt, sicut in instrumento publico super hoc confecto est expressum; et ad hoc nos et successores nostros obligamus in futurum. In cujus rei testimonium praedictis abbatissae et conventui praesentes litteras sigillo nostro tradidimus sigillatas.

Datum anno Domini m° ccc^mo xx primo, die dominica, qua cantatur *Reminiscere*.

[1]) M. Daris, dans ses *Notices*, IV, p. 22, donne le résumé de l'acte du 9 novembre 1321, par lequel le comte Arnold de Looz avait fondé et doté les cinq chapellenies dont il est fait ici mention.

Digitized by Google

LI.

L'official de Liège délègue Jean de Hollande, prêtre et notaire, pour recevoir : 1° la renonciation au droit de patronage sur la chapelle de Binderveld, et 2° la cession de la neuvième partie de la dîme de Wilderen, que veulent faire, en faveur de l'abbaye de Herckenrode, les tuteurs de Guillaume, fils mineur de Jean, châtelain de Montenaken.

23 juillet 1329.

Officialis curiae Leodiensis discreto viro suo fideli domino Johanni dicto Hollant, de sancto Trudone, presbytero, publico notario, salutem in Domino. Vobis comittimus et mandamus, quatenus quibuscumque recognitionibus, conventionibus, conditionibus, obligationibus, amicabilibus compositionibus, renunciationibus, ewerpitionibus, fidei vel juramenti interpositionibus, stipulationibus, donationibus et cessionibus, et aliis quibuscumque contractibus, quas coram vobis facere et inire voluerint, sub quocumque titulo vel nomine, religiosae personae domina Margareta de Steynis, Dei patientia abbatissa, et ejus conventus monasterii de Herkenrode, ordinis Cysterciensis, Leodiensis diocesis, ex una parte, et domini Godefridus de Quaethbeke, dominus de Sluys, et Johannes de Halbeke, milites, nec non Willelmus de Duras et Lodowicus dictus Uterlimingen, armigeri, tutores, curatores sive mamburni Willelmi, minoris filii domini Johannis, quondam castellani de Montenaken, militis, nomine suo et tutorio sive mamburnino nomine dicti minoris, communiter vel divisim, ex altera, et specialiter de quaestione et lite habitis inter patrem dicti minoris et ipsum minorem coram loci archidiacono contra dictas religiosas de jure patronatus, collacione vel praesentatione capellae de Bilrevelt, ultimo vacantis per mortem seu liberam resignationem domini Danielis quondam de Baex, ipsius ultimi rectoris, amicabiliter sopiendis et termi-

Digitized by Google

nandis; item de nona parte et jure, quas dictus quondam castellanus habuit et ipse minor habere potest in decima de Wilre, dandis, tradendis et donandis dictis religiosis ad perpetuum annuum trescensum, vice et autoritate nostris intersitis, et ipsas recipiatis; et super hiis, quae coram vobis acta fuerunt, publicum conficiatis instrumentum signo vestro consueto signatum et sigillo curiae nostrae Leodiensis sigillatum. Nos enim ratum, firmum et gratum habemus per praesentes et habebimus in futurum, quicquid coram vobis per dictas partes actum fuerit sive factum in hac parte, ac si ea coram nobis in judicio acta fuissent et facta.

Datum anno Domini millesimo cccº vicesimo nono, in crastino beatae Mariae Magdalenae.

Original sur parchemin.

LII.

Les tuteurs de Guillaume, fils mineur de Jean, châtelain de Montenaeken, renoncent, en faveur de l'abbaye de Herckenrode, au droit de patronage sur la chapellenie de Binderveld; ils cèdent, en outre, à l'abbaye la neuvième partie de la dîme de Wilderen, moyennant le payement d'une rente de quinze muids de seigle.

31 juillet 1329.

Universis hoc praesens publicum instrumentum inspecturis OFFICIALIS CURIAE LEODIENSIS salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod in praesentia fidelis nostri Johannis dicti Hollant, de sancto Trudone, presbyteri, publici notarii, habentis a nobis ad infrascripta speciale mandatum per litteras praesentibus annexas, personaliter propter hoc constitutis religiosis personis et honestis domina Margareta de Steynis, dicta abbatissa, ac conventu monasterii de Herkenrode, ordinis Cisterciensis, Leodiensis dyocesis, ex una parte, et providis viris ac

Digitized by Google

honestis domino Johanne de Halbeke, milite, et Wilhelmo de Duras, armigero, dictae diocesis, tutoribus, curatoribus sive mamburnis, una cum honestis et discretis viris domino Godefrido de Quaethbeke, domino de Sluys, milite, et Ludowico dicto Utenlimingen, armigero Willelmi, minoris filii domini Johannis quondam castellani de Montenaken, militis, ex altera, dicti domini Johannes de Halbeke et Willelmus de Duras, tutores, de consensu et voluntate expressa memorati domini Godefridi, nomine tutorio sive mamburino dicti minoris et pro ipso, cum dictis religiosis concordiam et compositionem amicabilem, pariter de consensu mutuo, fecerunt et inierunt super et de jure patronatus, collatione ac praesentatione capellae de Bilrevelt, ultimo vacantis per mortem seu liberam resignationem domini Danielis de Baex, quondam ipsius ultimi rectoris, de quibus lis et quaestio inter dictas religiosas et dictum dominum Johannem quondam de Montenaken coram loci archidiacono erat, ad quem ipsorum hujusmodi patronatus collatio sive praesentatio deberet pertinere, necnon de omnibus aliis et singulis actionibus personalibus sive realibus, quas dictus minor ex successione dicti sui patris quondam habere potuit sive posset, vel etiam sui tutores, contra dictas religiosas in praemissis et aliis ex causa quacumque, talem videlicet, quod ipsae religiosae ex nunc in perpetuum pacifice et quiete tenebunt et observabunt dictum jus patronatus, collationem sive praesentationem dictae capellae de Bilrevelt, et eam, cuicumque velint, conferre poterunt pacifice tenendam et possidendam, absque contradictione sive oppositione dicti minoris et suorum tutorum sive mamburnorum; ipsique minor et sui tutores sive mamburni quiti et liberi erunt de et ab omnibus ac singulis dampnis, custibus et expensis, forefactis et aliis actionibus, litibus et injuriis quibuscumque et qualitercumque eisdem religiosis illatis, tam in lite praedicta quam aliis earum rebus et personis, a dicto domino Johanne, quondam patre dicti minoris; et e converso ipsae religiosae quitae

Digitized by Google

et liberae erunt et permanebunt ab omnibus et singulis litibus, actionibus et injuriis eis et eorum alteri inferendis a dictis minore et ejus tutoribus sive mamburnis occasione dicti juris patronatus, et alia quacumque in futurum. Et renunciaverunt expresse dictae religiosae omni actioni et liti, quas occasione praemissorum habere possent sive potuissent erga patrem dicti minoris et ipsum minorem, tutores, curatores et mamburnos ejusdem; ipsiusque tutores et mamburni praefati, nomine quo supra, pro se et dictis suis contutoribus et conmamburnis, similiter renunciaverunt expresse ad opus dictarum dictis juri patronatus et collationi, liti ac actioni, quas dictus minor habere posset in dicta capella de Bilrevelt, necnon omni liti et actioni hujus contra dictas religiosas a patre quondam dicti minoris coram venerabili viro et discreto domino Bartholomaeo de Calamandrana, archidiacono Leodiensi, super praemissis, et appellationi sive appellationibus factis a sententia sive sententiis dicti archidiaconi, latis pro dictis religiosis de dicto jure patronatus, per dictum minorem et suos tutores ad Sedem Apostolicam contra religiosas praedictas. Item tam dictae religiosae quam ipsi tutores, nomine quo supra, renunciaverunt expresse omnibus et singulis dampnis, custibus et expensis factis et habitis in litibus et causis praedictis, et aliis bonis suis, et rebus, ac personis, qualitercumque absque reclamatione seu repetitione quacumque usque in diem praesentem, omni dolo et fraude exclusis.

Praeterea propter bonum pacis servandae inter dictas partes dicti tutores sive mamburni, nomine tutorio sive mamburino pro ipso minore, pro eis et suis contutoribus praedictis, dederunt, donaverunt et tradiderunt dictis abbatissae et conventui recipiendam nonam partem decimae de Wilre, et quicquid juris habere potuit et potest dicti quondam dominus Johannes, pater dicti minoris, et ipse minor in eadem ad perpetuum, et annuum tresensum hereditarium, videlicet pro quindecim modiis siliginis bonae et

Digitized by Google

pagabilis trescensus dicti Wilre et mensurae oppidi sancti Trudonis, in Bilrevelt sive in Lewis singulis annis in festo beati Andrae, apostoli, ubicumque placuerit ipsi minori vel ejus tutoribus, sive mamburnis aut ejus haeredibus vel successoribus, in dictis locis seu eorum altero persolvendis. Et super hoc ipse minor, seu ejus tutores et mamburni, ipsis religiosis satisfacient coram quibuscumque judicibus et curiis, ubi hoc fuerit faciendum et ad hoc fuerint requisiti, ubi eis appareat non esse satisfactum, ut ipsae religiosae dictas nonam partem et jus in ipsa decima de Wilre pacifice possint et jure hereditario perpetuo possidere absque dolo, in expensis tamen religiosarum praedictarum. Et ad praemissa omnia et singula legitime, ut dictum est, observanda et adimplenda dictae partes se efficaciter obligarunt, promittentes fide praestita corporali loco juramenti per stipulationem sollempnem, videlicet ipsi domini Johannes et Willelmus, tutores et mamburni praedicti, nomine dicti minoris, suo et suorum contutorum, et abbatissa, nomine suo et dicti sui conventus, se contra praemissa omnia et singula non venturam per se, alium vel alios, quomodolibet in futurum. Etiamque renunciaverunt expresse, nomine quo supra, omni exceptioni doli mali, fori, circunventionis, deceptionis, beneficio restitutionis in integrum hoc (sic) jus porrectum, et autenticae codicis legique dicenti generalem renunciationem non valere, et generaliter omnibus aliis et singulis exceptionibus et beneficiis tam juris canonici quam civilis, quas proponere et allegare possent contra praemissa et quolibet (*sic*) praemissorum.

Actum apud Herkenrode, ibidem in refectorio et nunc capitulo dicti monasterii, anno Nativitatis Domini millesimo ccc° vicesimo nono, indictione xii, ultima die mensis julii, praesentibus ibidem dictis abbatissa et plus quam duabus ejusdem conventus, Johanne et Willelmo, tutoribus sive mamburnis praenominatis; praesentibus dominis Johanne, decano concilii sancti Trudonis, custode et canonico Lossensi ac

Digitized by Google

investito de Gorseme, Wernero, canonico et scolastico Lossensis ecclesiarum; Egidio et Godefrido, fratribus monachis dicti ordinis et ibidem commorantibus, ac Arnoldo, investito ecclesiae Lossensis, presbyteris, et aliis pluribus testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis, prout praemissa omnia et singula dictus notarius publicus, noster in hac parte commissarius, retulit et reportavit; cui fidem in hiis et aliis adhibemus pleniorem et cujus factum in hac parte laudamus et probamus, ac si praemissa coram nobis acta et facta fuissent in judicio. In cujus rei testimonium et munimen perpetuum sigillum officialatus nobilis sedis Leodiensis praesenti publico instrumento duximus apponendum.

Datum anno, indictione, mense et die praedictis.

Et ego Johannes de sancto Trudone, dictus Hollant, Leodiensis diocesis, publicus sacri Romani imperii autoritate notarius, quia praemissis omnibus et singulis una cum dictis testibus praesens interfui, hoc publicum instrumentum inde confeci, quod meo signo solito signavi rogatus.

Original sur parchemin, muni d'un fragment du sceau de Jean de Hollande.

LIII.

Guillaume, comte de Hainaut, de Hollande, de Zélande, et seigneur de la Frise, affranchit l'abbaye de Herckenrode du payement des droits de passage sur les terres du comté de Hollande[1].

26 mars 1335 (nouveau style).

Guilielmus, Hannoniae, Hollandiae, Zelandiae comes ac dominus Friziae, omnibus et singulis officiatis theoloneorum nostrorum nostri comitatus Hollandiae salutem. Vobis mandamus, ut, cum negotiatores seu procuratores negotiorum

[1]) Voyez des actes semblables, ci-dessus, pp. 246 et 266.

Digitized by Google

sanctimonialium monasterii de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, per theolonea nostra accesserint cum rebus quibuscumque in usus ipsarum convertendis et ad dictum monasterium transvehendis, vos, recepto prius a procuratore hujusmodi seu negotiatore juramento, quod hujusmodi res ad dictum monasterium et usus ejusdem monialium et non alias adducuntur, quod et veri procuratores seu negotiatores sunt ejusdem monasterii seu monialium in eodem Deo militantium, libere absque exactione theolonei transire permittatis sine inquietatione seu molestatione aliquali.

Datum Valenchenis, feria secunda post dominicam, in qua cantatur *Laetare Jerusalem*, anno Domini millesimo trecentesimo quarto.

Original sur parchemin, muni du sceau du comte.

LIV.

Godefroid de Looz, seigneur de Mielen et d'Eyck, autorise les religieuses de Herckenrode à établir un garde forestier pour leur propriété de Dondersloe, sous Meuwen[1].

8 novembre 1339.

Universis praesentes litteras visuris vel audituris nos Godefridus de Los, dominus de Millen et de Eycke, veritatis notitiam cum salute. Noverint universi et singuli, quod nos, ob affectum piae devotionis, quem gerimus personis honestis et religiosis monasterii de Herckenrode, seu ob respectum necessitatis eruentis, qua nos dictas personas videmus et sentimus apparenter per incidentia dampna cotidie praegravari, concedimus et conferimus per praesentes ipsis personis habere forestarium unum, prout hactenus ipsum habere consueverunt, attamen discretum, in sylva de Dondersloe, contigua curti

[1]) Cet acte a été publié en partie par M. Daris, dans ses *Notices*, IV, p. 90.

Digitized by Google

personarum antedictarum. Qui constituendus vel constitutus a dictis personis temporibus semper aptis jurare debebit, tactis sacrosanctis, coram nostris officiatis, custodiam fidelem dictae silvae ad opus dictarum personarum, omni modo et forma, quibus reliquae sylvae comitatus Lossensis solitae sunt per forestarios earumdem custodiri; concedentes etiam et addentes, ad pium rogatum dictarum personarum, forestario sic ab ipsis personis constituendo vel constituto potestatem et mandatum speciale expellendi homines et pecora vicinarum villarum, dictam sylvam circumjacentium, quibus dicta silva posset aliqualiter pejorari, prout et quando dictis personis ad utilitatem crementi seu vegetationis novarum arborum, silva in eadem surgentium atque crescentium, melius et verius videbitur expedire, nec non panniendi tam dictos homines quam pecora per captionem pignorum bonorum et valentium, a quibus extorqueri poterit. Poenae et emendae, a quibus neminem volumus salvari, cedent nobis pro media parte ratione dampni imminentis dominii, pro alia parte media ratione dampni imminentis personis antedictis.

In cujus rei testimonium praesentes litteras, ad preces dictarum personarum, nostro sigillo duximus sigillandas.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, feria secunda ante festum beati Martini hiemalis.

LV.

Jeanne, duchesse de Limbourg et de Brabant, donne à l'abbaye de Herckenrode uue rente de douze florins sur la ville de Maestricht.

20 mars 1384 (nouvean style).

Jehenne, bider gratien Gods hertoghinne van Lutsemborch, van Lothrycke, van Brabant, van Lymborch, eude marcgravinne des Heylichs Rycs, doen cont allen luyden, dat wy, in

Digitized by Google

recompensatien der renten, die dat cloester van Herckenrode, van der ordenen van Cisteaux, des bisdoms van Ludick, hebben mach op die stat van Antwerpen, also verre als wy dair inne ghehouden mogen syn, ende oec om een ewelic jaerlicsche memorie in den selven cloester te doene voir ons liefs heren des hertoghen van Lutzenborch ende van Brabant, onse ende onse vorvaderen hertoghen ende hertoghinnen van Brabant ziele, ghegeven hebben ende gheven met desen brieve der abdissen ende convent des selven cloesters eene ewelic jairlische rente van twelf gulden, goet van goude ende swaer van ghewichte, ende hen die bewyst hebben ende bewisen met desen brieve op te heffen ende te boiren ewelic ende emmermeere aen onse renten ende tolle onser stat van Tricht ende ons vroenhoifs dair by ghelegen, op ten heiligen Dertiendach[1]. Ontbieden dair omme ende bevelen onsen rentmeester ende tolnere der voerschreven onser stat, die nu syn oft namaels wesen sullen, dat sy der voerschreven abdissen ende convente van Herckenrode, oft hoiren sekeren bode, die somme gelts voerschreven ten termine voergenoemd alle jair utreycken ende betalen van onsen wegen, mids hoiren quytbrieven, metten welcken wy hen die af soelen doen corten in hoiren rekeninghe. In orconden des briefs besegelt met onsen seghele.

Ghegeven te Bruessele, twintich daghe in meerte, int jaer Ons Heren dusent driehondert lxxx ende drie, nae coustume des bysdoms van Cameric.

[1]) *Dertiendach*, jour de l'Épiphanie.

Digitized by Google

LVI.

Accord conclu entre l'abbaye de Herckenrode et le magistrat de Hasselt pour la reconstruction du chœur de l'église paroissiale de cette ville.

20 juin 1406.

Allen den ghenen die desen openen brief sien soelen off hoeren lesen wy BORGEMEESTEREN, GESWORENE GUBERNEERE RAET ende ALLE DIE GEMENTE DER STAT VAN HASSELT, grueten in den Here met kennisse der waerheit. Doen cont ende te weten eynen yegeliken dat, om alrehanden discorde, onminne ende oneendrechticheit, die by aventure gescien muchten te scouwen ende goede acorde, minne ende verdrach in honnen goeden staet ende gewoente te behoudene, syn geordineert ende gemaect seker moderacien ende ordinàncien tusschen der eerwerder ende voersieniger vrouwe onser liever ende seer geminder medeportersen vrouwen Katherinen van Goetsgoven, byder gracien Gods vrouwe ende aebdisse, end allent convent des cloesters van Herkenrode, der ordenen van sente (*sic*) Cystiaes, in den name van des voerscreven eerwerdigen vrouwen, als in den name des gemyns convents ende goetshuys vorschreven van Herkenrode, op die een partye, ende die borgemeesteren, gesworene ende guberneerre raet ende allen die gemente der vorschreven stat, op die andere partye, als van den ..... ende oneendrecticheit, die geweest is tusschen der voerschrever eerwerdiger ende voersieniger vrouwe ende .... borgemeesteren, gesworene guberneerne ende raet ... in den namen als 't voerschreven is, als van den koer der prochiekerken van Hasselt, welke overmids de sca ..... ende te maken in formen ende manieren hier na volgende, te weten dat die voerschreven eerwerdige ende lieve ende zeer geminde medeporterse ende vrouwe, in den name voerschreven, sal gheven, te hulpen der timmeringen ende edificien des voer-

Digitized by Google

schreven koers van den prochiekerken voerschreven, drie hondert hollansche gulden, twe vrancrissche cronen, goet van goude ende van gewichte, voer drie derre voerschreven gulden gerekent, off die valore daer voir in anderen goeden gelde, eens te betalen ende niet meer, in deser manieren, te weten hondert hollandsche gulden te betalen nu op sinte Johans dach Baptiste naest comende na datum des briefs, ende daer na op sente Johans dach Baptist toe comende, in den jare ons Heren dusentich vierhondertich ende seven, hondert derre gulden voerschreven, ende daerna op sente Johans dach Baptist toecoemende, in den jare duesent vierhondert ende acht, hondert derre gulden voerscreven, ende tweelf stucken houts eens te geven niet van den arghsten, ende des jaers eens vier wagenen metten peerden te leenen te derre tyt als die kerckmeesteren der prochiekerken voerschreven die dan ter tyt syn soelen, tot behoef ende in orbaer des voerschreven koers, te doen hebben, ende die in mogeliken tyden aen der voerschreven eerwerdige ende voersienige vrouwen onsen seer geminder medeportersen te versueken allen jare ende nyemant anders ende tot derre tyt toe, dat dat voerschreven koer der prochiekerken van Hasselt voerschreven volmaect sal syn, sonder argeliste ende onvermidts desen moderacien, gonsten ende geloeften, soe sal die voerschreven lieve ende onse seer geminde medeporterse ende eerwerdige vrouwe, ende allen hare convent, van allen anderen coste ende laste van den voerschreven koer quyt syn ende ontladen tot derre tyt toe dat haer dat koer voerschreven in den name voerschreven slotvast gelevert sal syn, ende en ghenen laste hier boven in den orbaer des voerschreven koers haer meer aente suecken, onse lieve ende seer geminde vrouwe medeporterse ende eerwerdige vrouwe ende gemenge dan dair toe meerre gonste ende gratie te doen. Ende als 't gevalt dat dat de voerschreven koer volmaect sy, soo sal ende is schuldich onse lieve ende seer geminde vrouwe ende medeporterse, in den name voerschreven, dat voerschreven koer voert te houdene, gelyc als sy

Digitized by Google

dat sculdich is te doene. Ende alse dese voerschreven condicien, moderacien, ordinantien ende geloeften volvert syn, soo sal dese t'segewerdige opene brief annehileert werden ende gebroken.

Om welke voerschreven moderacien ende ordinancien in meerre sekernisse ende vestinge te houden ende in orconden der waerheit, hebben wy borgemeesteren, gesworene guberneere ende raet der stat van Hasselt voerscreven, in den name onser ende alle der gementen der stat van Hasselt voerscreven, den groten ziegel onser stat voerschreven aen desen openen brief doen hanghen. Welke t'segewerdige brief sal gelacht werden in weerderhant eens eersaems ende besceydens mans Henrics Borgers, van Curingen, tot behoef ende in orbare der voerschreven eerwerdiger ende voersieniger vrouwe, onse geminder medeportersen ende der stat van Hasselt voerschreven, in den name als 't voerschreven is.

Gegeven in den jare Ons Heren duesentich vierhondertich ende sesse, twentich dagen in junio.

LVII.

Jean IV, duc de Brabant, affranchit les religieuses de Herckenrode du payement des droits de passage sur les terres de ses comtés de Hollande et de Zélande.

11 mars 1419.

Johannes, Dei gratia comes Palatinus Reni in Bavaria dux ..... Hannoniae, Hollandiae, Zeelandiae, etc., omnibus et singulis officiatis theoloneorum nostrorum nostrarum terrarum in partibus Hollandiae et Zeelandiae salutem. Vobis mandamus et praecipimus, ut, cum negotiatores seu procuratores negotiorum sanctimonialium monasterii de Herkenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, per theolonia nostra accesserint cum rebus quibuscumque in usus ipsarum conver-

Digitized by Google

tendis et ad dictum monasterium transvehendis, vos, recepto prius a procuratore hujusmodi seu negociatore juramento, quod hujusmodi res ad dictum monasterium et usus ejusdem monialium et non alias adducuntur, quod et veri procuratores seu negotiatores sunt ejusdem monasterii seu monialium in eodem Deo militantium, libere absque exactione theolonei transire permittatis sine inquietatione seu molestatione aliquali, harum litterarum testimonio signeti nostri in absentia sigilli nostri sigillatarum et datarum in oppido nostro Dordracensi, undecima die mensis martii sub anno Domini millesimo quadringentesimo decimo nono, secundum cursum curiae nostrae.

Jussu domini ducis supradicti :

STEYMARX.

Original sur parchemin.

LVIII.

Philippe le Bon, duc de Bourgogne et de Brabant, affranchit les religieuses de Herckenrode du payement des droits de passage sur les terres du duché de Brabant.

3 juillet 1460.

PHILIPS, by der gratien Gods hertoge van Bourgundien, van Lothrycke, van Brabant ende van Lymborch, grave van Vlanderen, van Artoys, van Bourgundien, palentyn van Henegouwen, van Hollant, van Zelant ende van Namen, mercgreve des Heilichs Rycs, here van Vrieslant, van Salins, van Mechelen, allen den genen die desen brief sullen zien of horen lesen saluyt. Want religieuse persoenen, onse geminde in Gode die abdisse ende convent des cloesters van Herckenrode ons hebben doen thoenen, hoe dat in voerleden tyden, te weten in den jaren dusent tweehondert achtien, wylen hertoge Henrick, doen den tyt hertoge van Lothrycke, mits synen openen bezegelden brieven, omme die minne die hy hadde ende drouch

Digitized by Google

totter religien ende omme die salicheyt van synder zielen, den zusteren oft joffrouwen van de vorschreven cloestere geconsenteert ende verleent hadde, dat hure bruederen met allen huren goeden, overal binnen sinen landen ende machten gaende ende kerende syn souden in zyn zekere geleyde, hen oec verleenende zekere vryheiden van tolle ende ongelde van huren goeden in den lande van Brabant. Ende dat daer na onse lieve neve, wylen hertoge Jan, hertoge van Lothrycke, van Brabant ende van Lymborch, in den jare dusent vierhondert negenthien, op ten veerthiensten dach der maent van septembre, voere hem ende sine nacomers, hen oic gelyke vryheyt verleent hadde, bevelen allen ende yegewelken sinen officyren ende ondersaten, doen zynde ende namaels wezende, dat sy den vorschreven religieusen ende huren bruderen der vorschreven zynre confirmatien ende gratien peyselyc ende vredelic souden doen ende laten gebruycken, ende den selven bruederen met allen huren goeden overal in synen landen souden laten los ende vry lyden ende passeren, gaende ende wederkerende sonder enningen tol oft ongelt van hen te nemen, ende sonder hen ennigen stoot oft belet te doen in eeniger manieren, gelyc die brieve daer af zynde dat cleerlyket begrepen, ons oetmoedelic biddende die vorschreven religieuse, dat wy hen oic van tolle te geven gratie souden willen doen. Soe eest dat wy, ter oetmoediger beden der vorschreven religieuse, den selven van specialder gratien hebben geconsenteert, gegeven ende verleent, consenteren, geven ende verlenen met desen onsen brieven een goet, vast, vry ende zeker geleyde om alomme ende overal, binnen onsen hertochdomme ende landen van Bra-Brabant ende van Overmaze, met allen huren goeden die zy buyten gecocht zullen hebben ofte die zy van buyten den vorschreven godshuyse ten selven godshuyse-weerts sullen doen bringen, vuren oft dragen, voer huers selfs slyten, nootdorst ende behoefte, te water oft te lande, los ende vry te varen, te gaen ende te keren, sonder ons ennigen tol oft ongelt binnen

Digitized by Google

den selven onsen vorscheven landen daer af te geven oft te betalen. Ontbieden hier om ende bevelen allen onsen ambachteren, officyren, tolneren ende ondersaten onser vorschreven anden van Brabant ende van Overmaze, ende allen anderen dien dat aengaen mach, dat zy den vorschreven religieusen onse vorschreven gratien rustelic ende vredelic doen ende laten gebruycken sonder hen daer inne ennigen stoot, hinder oft belet te doen ende des niet en laten, want wy 't alsoe gedaen willen hebben.

Ende des t' orconden hebben wy onsen zegel aen desen brief doen hangen.

Gegeven in onse stat van Bruessel, drie dage in julio int jaer Ons Heren dusent vierhondert endetsestich.

Aldus ondertekent : By mynen here den hertoge, daer ghy here Hendrick Magnus, Symoen van Herbays, meesteren Claes Clopper ende Geldolf van der Noot by waert.

BRUGMAN.

LIX.

Adam Fabri, vicaire perpétuel de Quaedmechelen, consent à l'érection d'une chapelle à Geenendyck.

8 juillet 1463.

In nomine Domini, amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate ejusdem Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, indictione xi, mensis julii die octava, hora undecima vel quasi ante meridiem, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Pii divina Providentia papae secundi anno suo quinto, in mei notarii publici et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et roga-

Digitized by Google

torum praesentia constitutus honestus et discretus vir dominus Adam Fabri, vicarius perpetuus ecclesiae seu quartae capellae parochialis villae de Quaetmechelen, presbyter secularis Leodiensis diocesis, sanus mente, ratione ac sensuum suorum bene compos, ut videbatur, existens, et in potestate standi et ambulandi super terra, nec non gradiendi, ob instantiam quamplurium suorum parochianorum utriusque sexus, adolescentum, juvenum, decrepitorum sexaginta septuagintave annorum, in loco dicto Te Ghenendycke commorantium (qui quidem locus a principali praedictae villae ecclesia parochiali per mediam leucam et ultra distat; ob ejus distantiam praelibati decrepiti nullatenus ecclesiam parochialem valent accedere cum sociis) quantum in ipso est, licentiam dedit hujus loci dicti vulgariter Te Ghenendycke incolis aedificandi, fundandi et fundari faciendi quamdam capellam in praefato loco, nec non (domini officialis ac sigilliferi tamen licentia) celebrare faciendi in hebdomada unam, duas pluresve missas, ea conditione, quod de qualibet missa in hebdomada inibi celebranda habebit et obtinebit praedictus vicarius et sui successores, singulis annis, unum grossum veterem pro vicaria, eo dempto, quod tempore nuptiarum, exequiarum ac diebus dominicis missae in praedicta capella non celebrentur, nisi obtenta a vicario licentia.

Acta sunt haec in choro ecclesiae seu quartae capellae villae de Quaetmechelen, sub anno, indictione, mense, die praescriptis, praesentibus ibidem honestis viris Johanne Poerters, de Ghenedycke, clerico conjugato, Joanne de Grecia, clerico et matriculario praedictae villae de Quaetmechelen, Johanne Sophien, clerico conjugato, Petro Eliae, rectore scolarium in Tessenderloo, et servatio Scellen, testibus Leodiensis diocesis ad praemissa vocatis et rogatis.

Et ego Joannes Poerters, presbyter Leodiensis diocesis, publica sacra imperiali auctoritate notarius, quia praemissis nec non omnibus et singulis, dum sic agerentur, apud praedictum vicarium praesens interfui, una cum praenominatis

Digitized by Google

testibus, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc praesens publicum manu aliena fideliter scriptum instrumentum exinde confeci, subscripsi et in hanc formam publicam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et requisitus.

LX.

Le Souverain Pontife Paul II délègue l'abbé de Sainte-Gertrude, à Louvain, pour conférer, s'il y a lieu, à Jean de Poirtere, fondateur de la chapelle de Geenendyck, et à ses parents et successeurs, le droit de patronage sur cette chapelle.

12 décembre 1469.

Paulus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati monasterii sanctae Gertrudis Lovaniensis, Leodiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Vota fidelium, per quae divini cultus succedit augmentum et animarum saluti consulitur, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilecti filii Joannis de Poirtere, laici, Leodiensis diocesis, magistri in medicina, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse ejusque parentes, propinqui et amici, zelo devotionis accensi ac suarum saluti animarum intendentes, et de bonis eis a Deo collatis in coelestibus thesaurizare gestientes, ad ipsius incrementum cultus, quamdam capellam sub invocatione beatae Mariae virginis ac sanctae Barbarae, martyris, infra limites parochiae parochialis ecclesiae loci de Quaetmechelen, dictae diocesis, illius rectoris ad hoc expresso accedente consensu, et quae hactenus dotata non existit, de novo constitui et aedificari fecerunt, illamque, pro commoditate parochianorum dictae ecclesiae, ab eadem capella per duo milliaria italica distan-

Digitized by Google

tem, de praemissis bonis pro perpetuo capellano, missas inibi et alia divina officia celebrâturo, sufficienter dotare proponunt, affectu gerentes, quod eis, donec in humanis egerint, et post eorum obitus successoribus et haeredibus, jus patronatus et personam idoneam, quam de eorum parentela propinquiorem in linea consanguinitatis vel affinitatis, si reperiatur, esse volunt, ad dictam capellam praesentandi, et personam ipsam dilectis filiis decano et capitulo sancti Sulpitii, oppidi Diestiensis, dictae diocesis, in illius rectorem facultas instituendi, hac prima vice et, quoties illam inantea vacare contigerit, perpetuo reserventur. Quare pro parte Joannis de Poirtere, parentum, propinquorum et amicorum, nobis fuit humiliter significatum, ut eis capellam ipsam dotandi licentiam concedere, nec non eis jus patronatus et praesentandi personam eamdem, ac facultatem illam instituendi in illius rectorem decano et capitulo praefatis reservare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsorum Johannis, parentum, propinquorum et amicorum, pium propositum in Domino plurimum commendantes, ac cultum ipsum nostrum potissimum temporibus vigere et adaugeri studiis indefessis affectantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, eisdem Joanni, parentibus, propinquis et amicis, capellam ipsam, ut praefertur, dotandi plenam et liberam, auctoritate nostra, licentiam largiaris, et, si et postquam Joannes, parentes, propinqui et amici, capellam ipsam sufficienter dotaverint, eis, donec vixerint, et post eorum obitus, successoribus et haeredibus suis, jus patronatus et personam eamdem, quam de genere propinquiorem in linea consanguinitatis vel affinitatis, si reperiatur, esse volunt, ut praefertur, ad dictam capellam, vice praemissa et, quoties illa in antea vacaverit, praesentandi, et decano et capitulo praefatis personam ipsam, absque tamen alicujus praejudicio, in ipsius capellae rectorem instituendi facultatem

Digitized by Google

authoritate praemissa perpetuo reserves, jure tamen parochialis ecclesiae et cujuslibet alterius in omnibus aliis salvis.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, pridie idus decembris, pontificatus nostri anno sexto.

LXI.

Pierre, abbé de Clairvaux, autorise les religieuses de Herckenrode à emprunter une somme de 6,000 *livres pour les dépenses les plus pressantes.*

1 mai 1486.

Frater Petrus, abbas Claraevallis, Cisterciensis ordinis, in diocesi Lingonensi, universis praesentes litteras inspecturis salutem. Venerabiles et dilectae nobis in Christo filiae abbatissa et conventus monasterii beatae Mariae de Herckenrode, nobis immediate subjecti, conquerendo lamentabiliter exposuerunt, quod, guerris in suis confiniis grassantibus, pecuniae hinc inde per eas [traditae] diversis capitaneis et dominis, ne bona, domus et grangias monasterii igni traderent, plus quam ad quatuor millia florenorum se extendunt, onera vero, quae concernunt ecclesiae clenodia ad usuram posita, ad mille francos; rursus alia debita de bladis, frumento, sale, allecibus et hujusmodi victualibus, quorum termini solutionis jam in festo Johannis propinquant, ad mille et plures francos; quodque citra paucos dies praedones, inopinate nocturnis horis irruentes, monasterium ipsum infregerunt et omnino suis bonis utensilibus, armentis et ceteris mobilibus spoliaverunt et, quaeque rapere poterant, abstulerunt. Sed et propter nimiam patriae vastitatem usque ad triennium nichil aut parum de suis redditibus levare poterunt. Quas ob res conventus, nimia pressus inopia, jam, proh dolor! ut aiunt, dispersus est, et monasterium adeo ruinis, desolationibus et debitis aggravatum

Digitized by Google

et damnificatum, quod, ni celeriter provideatur, ad collapsum et ruinam corruet irreparabiliter. Nos igitur, de praemissis documentis informati legitimis, ipsarum supplicationi condescendentes, ne majora subeant dispersionis et desolationis dispendia et utcumque sustentari valeant et ab hujusmodi discriminibus relevari, iisdem, ut a quibuscumque ecclesiae suae benevolis usque ad summam sex millium librarum, de seniorum et officialium monasterii consilio et deliberatione, in solutionem debitorum praedictorum, conventus sustentationem, aedificiorum reparationem, ac etiam equorum, jumentorum et animalium comparationem, non in alios usus exponendarum, petere, convertere et recipere, ac per modum mutui et alias debite procurare, et monasterium ipsum aut membrum ejus aliquod propter hoc ipsis mutuatoribus, aut auxilium pecuniae praebentibus, in redditibus vitalibus haereditariis et redimibilibus juxta mutui valorem et rationis considerationem obligare, litterasque obligatorias et recognitorias, ad et propter hoc necessarias, in forma debita passare valeant et possint, quantum cum Deo possumus, auctoritate paterna concedimus et annuimus per praesentes, proviso, quod de futura hujusmodi sex millium expensa nobis, in proxima sui monasterii visitatione, fidelem reddent computationis rationem.

Datum Machliniae, sub nostri appensione sigilli, prima die maii anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Original sur parchemin, muni d'un fragment de sceau.

Digitized by Google

LXII.

Le Souverain Pontife Innocent VIII charge l'évêque de Bérisse ou de Beyrouth et Jean Copis, chanoine de Liège, de faire restituer aux religieuses de Herckenrode les biens qui leur avaient été enlevés injustement.

12 mai 1487.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Bericensi[1], et dilecto filio Johanni Copis, canonico ecclesiae Leodiensis, salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilectae in Christo filiae Catherina, abbatissa, et conventus monasterii de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, decimas, primicias, census, fructus, redditus, proventus, possessiones, terras, domos, ortos, campos, prata, pascua, nemora, silvas, lacus, stagna, aquas, aquarum decursus, molendina; vini, bladi, frumenti, avenae, ordei, siliginis, fabarum, pisorum, leguminum, auri, argenti monetati et non monetati, lini, lanae, canapis, olei, cerae, mellis quantitates; libros, litteras auctenticas, instrumenta publica, quittancias, cedulas, notas, recognitiones, obligationes, testamenta, codicillos, prothocolla, zonas, texutos, vestes, foderaturas, mantellos, cruces, calices, patenas, sanctorum reliquias, ornamenta ecclesiastica, annulos, virgas, discos, scutellas, ciphos, tasseas, coclearia, vasa aurea, argentea, cuprea, ferrea, aerea, stannea, lignea, domorum utensilia, lectos, culcitras, pulvinaria, linteamina, pannos lineos, laneos, seri-

[1]) *Bericensis*, ou plutôt *Beritensis*. S'il faut lire *Bericensis* on traduira par *de Bérisse*; si, au contraire, on lit *Beritensis*, il faudra traduire par *de Beyrouth*. L'un et l'autre de ces sièges sont des titres d'évêque *in partibus infidelium*.

Digitized by Google

ceos, equos, jumenta, boves, vaccas, oves, porcos, et alia animalia; debita, credita, legata, pecuniarum summas, jura, jurisdictiones, et nonnulla alia mobilia et immobilia bona, ad dictum monasterium legitime spectantia, temere et malitiose occultare et occulte detinere praesumunt, non curantes ea praefatis abbatissae et conventui exhibere in animarum suarum periculum ipsiusque monasterii non modicum detrimentum; super quo eadem abbatissa et conventus Apostolicae Sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes hujusmodi occultos detentores decimarum, primiciarum et aliorum bonorum praedictorum, ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo, per vos vel alium seu alios, moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis praefixeritis, ea praefatis abbatissae et conventui a se debita restituant et revelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant; et, si id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis praefigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis et eam faciatis, ubi et quando expedire videritis, usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, quarto idus maii, pontificatus nostri anno tercio.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : INNOCENTIUS PP VIII.

Digitized by Google

LXIII.

Le Souverain Pontife Alexandre VI délègue les doyens de Saint-Lambert et de Sainte-Croix, à Liège, pour faire restituer à l'abbaye de Herckenrode les biens qui avaient été aliénés sans la permission du Saint-Siége.

1 octobre 1495.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis majoris et sanctae Crucis ac sancti Pauli Leodiensium ecclesiarum decanis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectae in Christo filiae moderna abbatissa et conventus monasterii de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, insinuatione monstrarunt, quod tam bonae memoriae Catherina quam nonnullae aliae abbatissae dicti monasterii, quae fuerunt pro tempore, et conventus praefatae tot pensiones seu responsiones annuas de fructibus et proventibus dicti monasterii diversis ecclesiasticis et saecularibus personis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo persolvendas, monasterio et fructibus, redditibus et proventibus hujusmodi, ac aliis illius bonis ad id temere obligatis, datisque super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renuntiationibus et poenis adjectis, licentia super hiis a Sede Apostolica non obtenta, in enormem ipsius monasterii laesionem, illicite vendiderunt et alias diversimode concesserunt; quod, pensionibus seu responsionibus hujusmodi persolutis, dictae abbatissa et conventus de residuo fructuum et proventuum praedictorum non possunt commode sustentari, ac onera dicto monasterio incumbentia perferre. Super quibus eadem abbatissa et conventus ad dictae Sedis providentiam duxerunt humiliter recurrendum. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, venditiones, concessiones et obligationes hujusmodi nullas esse aucto-

Digitized by Google

ritate nostra decernentes, personas praedictas, ut a pensionum seu responsionum earumdem extorsione desistant, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellatis, prout de jure fuerit faciendum. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nichilominis exequantur.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, kalendis octobris, pontificatus nostri anno quarto.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : ALEXANDER PP VI.

LXIV.

Le Souverain Pontife Alexandre VI délègue l'abbé de Saint-Jacques et le prévôt de Saint-Paul, à Liège, pour examiner une supplique des religieuses de Herckenrode demandant à pouvoir aliéner de leurs biens pour une somme de trois mille ducats d'or, et leur accorder l'autorisation demandée, si les raisons alléguées existent.

22 janvier 1497.

ALEXANDER, episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis abbati monasterii sancti Jacobi et praeposito ecclesiae sancti Pauli Leodiensis salutem et apostolicam benedictionem. Ex injuncto nobis desuper, meritis quamquam insufficientibus, apostolicae servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quae monasteriorum et aliorum ecclesiasticorum locorum structurae et aedificia reparari, illorumque commoda et utilitates procurari valeant, prout, monasteriorum et locorum eorumdem, ac rerum et temporum qualitate pensata, id in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem a felicis recordationis Paulo papa II, praedecessore nostro, litterae emanarunt tenoris subsequentis :

Digitized by Google

Paulus, episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus judiciis sit rectitudo justiciae et conscientiae puritas observanda, id multo magis in commissionibus alienationum rerum ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Christi patrimonio et dispensatione pauperum, non de proprio cujusque peculio, agitur aut tractatur. Quapropter oportet, ut in examinandis hujusmodi alienationum causis, quae a Sede Apostolica in forma, si in evidentem utilitatem cedant, oneratis ecclesiasticorum judicum conscientiis, delegantur, nichil favor usurpet, nichil timor extorqueat, nulla expectatio praemii justiciam conscientiamque subvertat. Monemus igitur, et sub interminatione divini judicii omnibus commissariis et delegatis districte praecipimus, ut caute et diligenter attendant causas in litteris apostolicis per supplicantes expressas, illasque sollicite examinent atque discutiant, testes et probationes super narratorum veritate recipiant et, solum Deum prae oculis habentes, omni timore aut favore deposito, ecclesiarum indemnitatibus consulant, nec in laesionem aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem commissarius aut delegatus, conscientiae suae prodigus, in gravamen aut detrimentum ecclesiae per gratiam, timorem vel sordes, alienationi consenserit, aut decretum vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat, episcopus vero aut superior ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad extimationem detrimenti ecclesiae illati nichilominus condemnandus; sciturus quod, si, suspensione durante, damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvet, a quo non nisi per summum Pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo vel fraude, aut scienter, in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procuraverit, aut per sordes vel impressionem alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurrat; a qua non nisi per Romanum Pontificem possit absolvi, ad restitutionem nichilo-

Digitized by Google

minus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de praemissis constiterit, condemnandus. Volumus autem, quod delegati et commissarii praedicti de poenis constitutionis nostrae specifice moneantur, et in quibuscumque litteris commissionum hujusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae monitionis, praecepti et voluntatis, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, quinto idus maii, pontificatus nostri anno primo.

Et deinde pro parte dilectarum in Christo filiarum abbatissae et conventus monasterii monialium beatae Mariae virginis de Herckenrode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet olim monasterium ipsum, in quo octuaginta personae et ultra nutriuntur, in suis structuris et aedificiis digno et sumptuoso opere constructum fuisset, et adeo fructibus, redditibus et proventibus abundaret, quod personae illius ex illis decenter sustentari poterant, nichilominus propter guerras, quae in illis partibus viguerunt, et aliam sinistram temporis conditionem, structurae et aedificia hujusmodi monasterii, ac illius domorum possessiones et bona immobilia facta sunt ruinosa, fructus quoque, redditus et proventus praedicti sunt adeo diminuti, quod, deductis expensis personarum earum, ex illis structurae et aedificia hujusmodi reparari et incumbentia onera supportari nullatenus possint. Cum autem, sicuti eadem petitio subjungebat, monasterium ipsum multa praedia, agros et terras habeat, quorum major pars propter illorum desolationem et devastationem, quae ex guerris et temporis sinistra conditione hujusmodi pervenerunt, eidem monasterio minus utilia et infruc-

Digitized by Google

tuosa existunt, licet antea utilia et fructuosa fuerint et imposterum forent, si ad pristinum statum reducerentur, sitque monasterium ipsum praemissorum occasione multis debitis, quae fere ad summam quingentorum florenorum renensium auri, annui redditus, ascendunt, gravatum, et qui quidem redditus cum eorum arreragiis octo milibus florenorum similibus redimi non possunt; si aliqua pars bonorum et rerum dicti monasterii, etiam decimarum ad ipsum spectantium, usque ad summam trium milium ducatorum auri de camera venderentur, profecto ex una structurae et aedificia hujusmodi restaurentur et repararentur, ac praedia, terrae et agri praedicta ad pristinum statum reducerentur, et ex alia partibus praetio bonorum et rerum praedictarum ipsum monasterium a debitis praedictis liberaretur, unde propterea necessitati ejus evidenter occurreretur et illius utilitati procul dubio consuleretur, pro parte abbatissae et conventus praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut evidenti utilitati et necessitati monasterii hujusmodi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui monasteriorum quorumlibet utilitates et commoda libenter procuramus, et illorum necessitatibus providemus, de praemissis tamen certam notitiam non habentes, nec non abbatissam et singulas ex conventu hujusmodi a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, nec non singulorum bonorum et possessionum dicti monasterii situs, confines, situationes, nominationes et veros annuos valores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus de praemissis omnibus et singulis, ac earum circumstantiis universis, auctoritate nostra vos conjunctim diligenter infor-

Digitized by Google

metis, et, si per informationem hujusmodi ita esse, ac venditionem praedictam, si fiat, pro evidenti necessitate dicti monasterii fieri, et in illius utilitatem cedere reppereritis, specificatis prius coram nobis bonis, rebus et possessionibus alienandis, ac praeinsertarum litterarum forma diligenter observata, eisdem abbatissae et conventui aliqua ex praediis, agris, terris, rebus, bonis et decimis praedictis, de quibus pro praemissis eis melius visum fuerit, aut aliquos redditus seu census annuos temporales vel perpetuos super aliquibus bonis ipsius monasterii, vel ea mixtim quibusvis personis ecclesiasticis vel saecularibus, cum quibus ejusdem monasterii conditionem efficere poterunt meliorem, usque ad dictam summam vendendi, et ad hoc census hujusmodi obligandi, auctoritate praedicta licentiam concedatis, non obstantibus constitutionibus apostolicis et ordinationibus apostolicis, ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis praedictorum praedictis, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod praetium ex hujusmodi venditione proveniens apud aliquam aedem sacram, aut personam fide et facultatibus idoneam, fideliter deponatur, in restaurationem et reparationem, ac reductionem et liberationem praedictas, et non in alios usus, omnino convertendum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, xi kalendas februarii, pontificatus nostri anno sexto.

Original sur parchemin, avec la bulle en plomb, portant la légende : ALEXANDER PP VI.

Digitized by Google

MARGUERITE D'YORK, DUCHESSE DE BOURGOGNE, DONNE AUX REPENTIES DE MONS, POUR S'Y FIXER DÉFINITIVEMENT, DEUX MAISONS QU'ELLES OCCUPAIENT DÉJA PRÉCÉDEMMENT; ET LE CHAPITRE DE SAINTE-WAUDRU APPROUVE CETTE DONATION SOUS CERTAINES CONDITIONS[1].

27 avril 1485.

Sachent tous ceux qui cest escript verront ou orront, que, pardevant le mayeur et les tenaulles de le tenance et seignourie que les personnes du noble et vénérable chappitle de madamme sainte Waudrut de Mons ont en icelle ville, cy-desoubs nommez, comparurent personnellement très excellente, très haulte et très puissante princesse madame Margherite d'Engletère, ducesse de Bourgoigne, de Brabant, etc., d'une part; et nobles et honnourées damoiselles, mes damoiselles Marie Demarbaix, Marie De Bousies dite de Vertaing, Landrat Depraet, Margherite dc Lausnoy et Jehenne De Bousies dite de Vertaing, chanoinesses de la dite église sainte Waudrut de Mons et représentans le corps du chappitle d'icelle dite église, d'autre part. Et là-endroit fu, de la part ma dite dame la duchesse de Bourgoigne comme intentionnée de bonne voullenté, donnet à congnoistre et remonstret comment elle estoit hiretière de l'iretaige de deux maisons : l'une grande et l'autre petitte, pourpris, édeffices, courtil, gardin, yestres et entrepresures, joindans ensamble et d'une tenure, gisans en le dite ville de Mons, à front sur le rue c'on dist de saint Nicollay[2], faisant toucquet à le rue c'on dist des Kiévroix[3], tenans sur le dite rue de saint Nicollay à l'iretaige des hoirs Jehan de Gembluex et ensuyvant à l'iretaige du béghinnaige de saint Germain, et

[1]) Ce document offre un grand intérêt historique, parce qu'il jette une lumière nouvelle sur les origines et l'organisation primitive de la « *Bonne maison des Repenties* » de Mons.

[2]) Aujourd'hui *rue des Repenties*.

[3]) Aujourd'hui *rue des Ursulines*.

Digitized by Google

par-derrière sur le dite rue des Kiévroix, à l'iretaige de le cappelle c'on dist du Borne-Agache et à l'iretaige Jehan De Lisle. Les quelles maisons et hiretaige elle avoit intention disposer et conditionner au profit des povres filles au présent y résidentes et demorantes, que l'on appelle les Repenties, pour par elles et aultres, qui après elles se y polront rendre de samblable condition à elles, du dit hiretaige joyr et possesser à tousiours, et illec se tenir comme filles séculières pour faire pryères à Dieu agréable, à la rémission de leurs péchiés et de tous leurs bienfaiteurs. Pour laquelle bonne intention paracomplir et achiesver de la part ma dite dame la ducesse, ly estoit nécessité obtenir as dites damoiselles du chappitle, comme ayant la hauteur et seignourie sur le dit hiretaige, grâce et ottroy du dit hiretage amortir, avec aussy de pluiseurs grands poins et articles cy-après déclarez. Atendu que, sans le licence des dites damoiselles, l'on ne poelt ou clos de le dite ville de Mons dédyer ne mettre sus nulles églises, chappelles ne clocquiers, que elle avoit requis et requéroit as dites damoiselles pooir avoir et obtenir, présentant par elle de, en rétribution des droix seignouriaux qui partant cesseroient ou préiudice de la dite église sainte Waudru, chergier et ordonner sur le dit heritaige par voye deue, au proffit de ledite église sainte Waudru, ung cappon de rente par an, tant et si longhement que les dites povres filles se tenroient ou dit lieu et que les dites maisons et hiretaiges seront employez en cest usage, eschéant à payer chacun an, au jour du Noël, et pour faire le premier paiement pour le première année au jour du Noël prochainement venant, oultre et par dessus les anchiennes rentes deues, tant à icelle dite église comme autrepart. Sur lesquelles choses rémonstrées, les dites damoiselles désirant acomplir le bon plaisir et intention de leur dite très redoubtée princhesse, ma dite dame la ducesse, ly acordèrent, sur les devises et conditions cy après contenues et déclarées, c'est assavoir, que pour ès dites maisons et hiretaige résider et demorer povres filles séculieres repen-

Digitized by Google

ties, affin de faire pryères à Dieu agréable, tant pour le rémission de leurs péchiés, comme pour les trespassez et aultrement, pour d'illec se pooir partir ou elles maryer, quant bon leur semblera, sans pooir prenre ne advoir quelque estat ou habit de religion, ne meismes pooir ne devoir au dit lieu édifyer cappelle ne clocquier. Item, que les dites povres filles seront et demoront parochiennes et de l'administration et à devoir prenre leurs sacremens en la dite église et paroche de sainte Waudrut, et non ailleurs. Item, que pour instruire en bonnes mœurs les dites povres filles, ma dite très redoubtée dame ou personne de par elle polra prenre et choisir le pryeur de saint Pol en Vallenchienne, ou, en son absence, le pryeur des Chartroix emprès le dit Vallenchienne, qui se devera de prime fache présenter à mes dites damoiselles et corps de chappitle qui parmy tant le deveront recevoir à pooir instruire et amonester les dites povres filles à vie salutaires. Et pour l'administration et gouvernement temporel des dites povres filles et maison, quant à la sécularité, y deveront estre commis de par les eschevins et conseil de ceste bonne ville de Mons deux hommes de bien à leur appaisement. Pour lequel don furnir et acomplir selon loy, ma dite dame Margherite d'Engletère, de sa bonne voullenté, sans constrainte, fist rapport en la main du dit mayeur de l'iretaige des dites maisons et entrepresure, et s'en deshireta bien et à loy empoint, temps, et lieu que bien faire le peult, comme d'iretaige à elle venant en vertu de certaines conditions cy devant faittes à son proffit par Cornille Le Cordier, son receveur de Binche, là-endroit veues et lieutes au loing, et bien estant en la mémoire des dits tenaulles. Et y renoncha bien et souffisamment, et nient y clasma, ne se retint une fois, seconde, et tierche, que pour en ahireter bien et à loy Collart Crohin et Jaque de Trouille, là-endroit présens comme mambourg, pour les dites filles incontinent ent joyr et possesser à tousiours aux devises et conditions cy-devant déclarées. Et sur ce, le dit

Digitized by Google

mayeur incontinent, qui plain pooir avoit de ce faire en virtu de la dite déshiretance, rapporta ès mains des dits Collart et Jacque de Trouille l'iretaige des dites maisons et entrepresure, et les ent aherita bien à loy comme mambourg, pour sauver et garder à oelx les dites conditions à tousiours, aux uz et aux coustumes du lieu ; et que le dit hiretaige doit, par jugement et sieult paisible faicte des dits tenaulles, qui du dit hiretaige avoient et ont à jugier et qui jugeurs en sont.

Auquel ottroy, acord, devises, conditions, déshiretance, ahiretance et à tout ce que cy-dessus est dit ainsy faire et passer bien à loy que dit est, fu présent comme mayeur de la dite tenance de sainte Waudrut Jehan Dufour, et se y furent comme tenaulles d'icelle tenance et seignourie, pour ce appellez, monseigneur Anthonne Rolin, chevalier, seigneur d'Aymeries et grand bailly de Haynau, Gille Druelin, Jehan Le Legas, Jehan Estoret, Jacque Corosty et Henry Siredieu.

Che fu fait et passet bien et à loy en le dite ville de Mons, en l'an de grâse nostre Seigneur mil quattre cens quattrevings et chincq, le vingt sieptysme jour du mois d'apvril, après Pasques.

Chirographe original sur parchemin, aux archives de l'État, à Mons, *Couvent des Repenties de Mons*. — La copie de ce document nous a été communiquée par M. Charles Rousselle.

Digitized by Google

Documents concernant la chartreuse dite du Mont-Saint-Jean-Baptiste, a Zeelhem, près de Diest.

Miraeus, ou plutôt son continuateur Foppens, a publié dans les *Opera diplomatica*, III, pp. 157 et 453, deux documents relatifs à la fondation de la chartreuse de Zeelhem. Le plus ancien de ces deux actes est une délégation donnée, le 11 décembre 1328, par le prieur général de l'ordre aux prieurs des chartreuses de La Chapelle, à Hérinnes, et de Sainte-Catherine, à Anvers, pour présider à la fondation du nouveau monastère de Zeelhem; le second, du 1 février 1329, est la charte par laquelle Gérard, seigneur de Diest, et son épouse Jeanne de Flandre, en établissent la première dotation.

Nous devons la copie des documents nouveaux, que nous publions ci-dessous, à l'obligeance de M. Van den Casteele, conservateur adjoint des Archives de l'État, à Liège.

Voyez, sur la chartreuse de Zeelhem, Raissius, *Origines Cartusiarum Belgi*, p. 49.

I.

Jean, investit ou curé de Zeelhem, donne son consentement à l'érection d'une chartreuse dans sa paroisse.

1 février 1329 (nouveau style).

In nomine Domini, amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod, anno ejusdem Domini 1328, indictione 12, mensis februarii die prima, hora

Digitized by Google

vesperarum, constituti propter hoc personaliter in praesentia mei notarii publici et testium subscriptorum, religiosi viri fratres Joannes, prior beatae Mariae de Capella juxta Hernes, Henricus, prior beatae Catharinae juxta Antverpiam, diocesis Cameracensis, nomine claustri faciendi seu aedificandi in parochia de Zeelhem, Leodiensis diocesis, et terra nobilis viri domini Gerardi, domini de Diest, et pro dicto claustro, ex una parte, et dominus Johannes, investitus ecclesiae de Zeelhem, diocesis praedictae Leodiensis, nomine suo et dictae suae ecclesiae, ex altera; praefatus investitus dedit libere et concessit fratribus praedictis et fratribus claustri praedicti plenam et liberam potestatem in dicta sua parochia de Zeelhem, in loco ipsis religiosis a nobili vero domino Gerardo, domino de Diest, et domina nobili domina Joanna de Flandria deputato et pure propter Deum collato, aedificandi et construendi claustrum unum cum ecclesia, et faciendi omnia et singula, quae ipsis ad opus dicti claustri visa fuerint oportuna, salvo tamen semper jure ecclesiae suae praedictae, promittens idem investitus in manu mei notarii stipulantis nomine et ad opus ipsorum fratrum et claustri, fide interposita corporali, quod contra praemissa vel eorum aliqua per se, alium vel alios, non veniet in futurum.

Acta sunt haec in castro Diestensi, anno, indictione, mense, die et hora praedictis, praesentibus ibidem nobili viro domino Gerardo, domino de Diest et castellano Antverpiensi, Oliverio de Binchkem, Henrico Van den Ongelege, armigeris; Nicolas Van der Werden, Joanne et Arnoldo, villicis de Beringen, et aliis pluribus personis Leodiensis diocesis, ad praemissa vocatis et specialiter rogatis.

Et ego Joannes, investitus ecclesiae de Zeelhem praedictae, ut huic praesenti instrumento fides plena adhibeatur perpetuo, sigillum meum praesenti instrumento duxi apponendum. Actum anno, die, ut supra.

Et ego Joannes Henrici, quondam dictus de Diest, Leodiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, prae-

Digitized by Google

missis interfui cum testibus supradictis, hoc publicum instrumentum inde confeci, propria manu scripsi, signo quoque meo solito signavi rogatus. Utor more Leodiensi scribendo dictari, quo his intereram in vigilia Paschae post cerei benedictionem[1].

II.

Adolphe de la Marck, évêque de Liège, approuve la fondation de la chartreuse de Zeelhem.

17 juin 1329.

Adulphus, Dei gratia episcopus Leodiensis, religiosis viris priori et conventui sancti Joannis Baptistae, prope Diest, in parochia de Zeelhem, ordinis Carthusiensis, nostrae diocesis, salutem in Domino sempiternam. Fulgor sanctitatis vestrae religionis, quae in Dei ecclesia mirae pulchritudinis tamquam sidus matutinum longe lateque diffudit rutilos suos radios, promeretur, ut vos tamquam bene meritos dignis favoribus et gratiis prosequamur. Eapropter, in Christo filii carissimi, vobis

[1]) Le style dit de Liège, qui place le commencement de l'année à la Noël, ne fut introduit d'une manière générale dans l'évêché de Liège que vers l'année 1333; voyez Wauters, *Table chronologique des chartes*, I, p. LX. Auparavant on commençait l'année au samedi saint, après la bénédiction du cierge pascal, comme cela se pratiqua bien longtemps après dans le diocèse de Cambrai et presque partout en France; c'est pour cette raison que cette dernière manière de commencer l'année est souvent désignée dans les documents sous le nom de *style de Cambrai* ou *style gallican*. Dans la phrase que nous avons ici sous les yeux il y a évidemment une erreur de transcription. Le rédacteur du document y veut sans doute exprimer qu'il suit encore, en 1329, le style usité anciennement dans le diocèse de Liège, et qui commençait l'année après la bénédiction du cierge pascal. Ce style, qui fut définitivement abandonné en 1333, était encoreen usage en 1329 (date du présent document) et employé en même temps que le style de Liège proprement dit.

Digitized by Google

et successoribus vestris concedimus, quod in loco, in quo modo habitationem vestram construere incepistis, perpetuis temporibus maneatis, et inibi valeatis, cum omnibus juribus et rebus vobis collatis et concessis a Christi fidelibus, juxta statuta et consuetudines vestri ordinis, Domino famulari, habere ecclesiam, campanam, cymiterium, et Christi fideles, qui ad ipsum suam sepulturam elegerint, recipere, salvo jure parochialis ecclesiae, et in oratorio vestro ibidem nocturnum officium pariter et divinum cum ea solemnitate, qua poteritis, juxta statuta vestri ordinis celebrare.

Datum in Hoyo anno Domini 1329, sabbatho post festum Pentecostes.

III.

Herman de Lobbes, évêque suffragant de Liège, consacre le cimetière ou préau du cloître de la chartreuse de Zeelhem.

24 juin 1329.

Hermannus, Dei gratia Evenensis episcopus, vices gerens in pontificalibus reverendissimi in Christo patris ac domini domini Adulphi, eadem gratia Leodiensis episcopi, universis, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem in Domino sinceram et charitatem. Noveritis, quod nos, anno Domini 1329, in die beati Joannis Baptistae, consecravimus cemiterium seu atrium loci domus et conventus fratrum ordinis Carthusiensis, siti in parochia de Zeelhem, juxta Diest, conferentes et concedentes omnibus vere poenitentibus, qui in missis in dicto loco intererunt aut interfuerint, totiens quotiens, xxx dies; qui vero fratribus dictis manus porrexerint de bonis sibi a Deo collatis adjutrices, totiens quotiens, xl dies de poenitentiis sibi injunctis indulgentiarum misericorditer in Domino relaxamus.

Digitized by Google

In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponi.

Datum anno et die praedictis.

IV.

Louis, comte de Looz et de Chiny, approuve la donation faite à la chartreuse de Zeelhem par Gérard, seigneur de Diest, et son épouse Jeanne de Flandre.

6 décembre 1335.

Nos Ludovicus, comes de Los et de Chyney, notum facimus universis ac singulis praesentes litteras inspecturis, quod nos cessionem seu donationem in puram eleemosynam propter Deum, per nobilem dominum dominum Gerardum, dominum de Diest, quondam et castellanum Antwerpiensem, ac dominam Joannem de Flandria, ejus conjugem, religiosis viris fratribus Carthusiensibus ad fundandum et construendum claustrum unum cum ecclesia in parochia de Zeelhem, Leodiensis diocesis, in honorem sancti Johannis Baptistae, videlicet quadraginta modios siliginis, mensurae Diestensis, bonae et pagabilis ..... laudamus et ratificamus ..... In quorum omnium testimonium et confirmationem praemissorum has praesentes litteras sigilli nostri magni appensione fecimus roborari.

Datum anno a Nativitate Domini 1335, mensis decembris die sexta.

V.

Jean de Heinsberg, prince-évêque de Liège, confirme les Chartreux de Zeelhem dans la possession des biens que Gérard, seigneur de Diest, et son épouse Jeanne de Flandre leur avaient assignés, à Herck-la-Ville, dans l'acte de fondation de leur monastère.

2 mai 1445.

Joannes, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Leo-

Digitized by Google

diensis, dux de Bullone et comes Lossensis, fidelibus dilectis nostris receptoribus nostri comitatus Lossensis tam praesentibus quam futuris salutem. Cum pro parte religiosorum nobis in Christo dilectorum prioris et conventus domus nostrae sancti Joannis Baptistae in Zeelhem, prope Diest, ordinis Carthusiensis, nostrae diocesis, nobis fuerit evidenter expositum, quod, licet haereditario jure praefati prior et conventus ex fundatione domus nostrae praedictae habeant et habere debeant annuatim xxx libras Turonensium, grosso antiquo regis Franciae pro xvi denariis computato, nec non xxxx modios siliginis legitimi et pagabilis pactus, ad et supra bona, redditus et molendinum nostrum in Wuest-Hercke, prout in litteris ejusdem fundationis eisdem priori et conventui concessis per dominum Gerardum, dominum de Diest, et dominam Johannam, dominam de Flandria, uti fundatorem et fundatricem ejusdem, sub eorum sigillis et per modum instrumenti datum 12 februarii 1328[1], quam ex virtute ceterarum aliarum litterarum per dominum Ludovicum, comitem Lossensem et Chyney, ab ante dominae Mariae de Diest, suae sororis, sub data diei sancti Vincentii 1335; quas quidem litteras fundationis idem dominus Ludovicus per suas alias litteras, datas 6 decembris 1335, confirmavit, ratificavit et approbavit, vidimus plenius contineri. Quare de iisdem redditibus plenarie et absque calumpnia merito gaudere debent ..... Quapropter nos Joannes, episcopus Leodiensis, supradictis consequentes vestigia praedecessorum nostrorum praefatorum ..... eorum petitionibus inclinati, nostram interpretationem et declarationem pronuntiamus et per praesentes pronuntiamus per modum, qui sequitur.....

Datum anno a Nativitate Domini 1445, dominica, qua in Ecclesia Dei cantatur *Vocem*.

[1]) Voyez cet acte dans Miraeus, *Opera diplomatica*, III, p. 157. Il est du 1 février 1329 (nouveau style) et non pas du 12 février, comme il es dit ici.

Digitized by Google

VI.

Inventaire de quelques documents renfermés dans le cartulaire de la chartreuse de Zeelhem.

—

Index litterarum, quae in cartario domus sancti Joannis Baptistae, ordinis Cartusiensis, in Zeelhem, inveniuntur.

1335. Ludovicus, comes Lossensis, approbat donationem factam per dominum Gerardum, dominum de Diest; pag. 3.

1445. Joannes, episcopus Leodiensis, ad petitionem prioris et conventus de Zeelhem, possessiones, etc., confirmat et interpretatur; pag. 3.

1358. Littera qualiter Wernerus de Merode, dominus de Ringberge, acquisivit erga Libertum de Niele lx florenos census ad bona de Winge, et ad alia quaedam bona; fol. 5.

1392. Haec bona Chrystianus de Ringberge vendidit Nicolao Van der Meere; fol. 5.

1409. Littera qualiter Thomas, dominus de Diest, praefatos lx florenos fecit bona censualia, et qualiter in bonis de Winghe et aliis antedictis inhaeredatus sit ad opus monasterii nostri Godefridus Van der Smissen; fol. 6.

1423. Joannes, filius domini de Diest, praecedentem approbat litteram; pag. 7.

1403. Episcopus Leodiensis approbat permutationem bonorum aliquorum cum infirmaria de Diest; pag. 11.

1437. Littera domicelli et domicellae de Diest, quod nobis solis licet piscari in omnibus fossatis nostris; item in omnibus aquaeductibus sitis in Zeelhems-Broeck et in 't Goirbroeck, exclusis omnibus ministris et subjectis eorumdem; pag. 11.

— Hanc litteram confirmat episcopus Leodiensis; pag. 11.

Digitized by Google

1442. Littera domini Henrici de Diest, militis, quod sui haeredes nihil juris habebunt post mortem suam ad domum per ipsum in monasterio aedificatam; pag. 12. Incipit : *Want ik Henrick van Diest, ridder, heere van Rivieren*, etc.

1330. Instrumentum, quo dominus Eustachius de Loobosch dedit tria jurnalia terrae; pag. 20.

1448. Testamentum Lamberti Bellens cum confirmatione domicellae de Diest; pag. 34.

1451. Littera de nemore nostro juxta Heze, empto erga Aegidium, (filium) domini Joannis van Diest; pag. 36.

1352. Littera quomodo dominus de Rummen ex parte domini Leodiensis contulit Hermanno Burgers licentiam ponendi slusam; pag. 40.

1412. Littera confirmationis de aquaeductu in Heusden et aliis privilegiis; pag. 42.

1420. Littera domini terrae de Heusden de libero aquaeductu, pag. 43.

1426. Littera confirmationis Henrici Bastonia omnium litterarum a domino Engelberto de Marcha, avunculo suo, concessarum de vivariis; pag. 44.

1464. Littera declarationis quorumdam dubiorum per domicellum Joannem de Elter, dominum de Vogelsanck; pag. 44.

— Littera qualiter dominus Guilielmus et Arnoldus de Steyvordia acquisierunt et receperunt bona de Cortesem; pag. 54.

— Instrumentum quitantiale et permissivum, in quo dominus de Corpale quitat praefatos dominos Guilielmum et Arnoldum; pag. 54.

— Instrumentum divisionis haereditatum inter dominos de Grobbendonck et de Vorendael post obitum domini Arnoldi de Steyvordia; pag. 54.

1426. Littera, in qua dominus de Horne dedit licentiam do-

Digitized by Google

minae de Grobbendonck faciendi testamentum suum de bonis suis in Cortesem ; pag. 55.

1430. Littera Martini et Theodorici Lyck, quod numquam facient contra testamentum dominae de Grobbendonck ; pag. 55.

1431. Quitantia dominae de Vorendael de xi florenis, quos domina de Grobbendonck eidem legitime assignaverat ; pag. 55.

1432. Quitantia Ernitrudis de Lyck de xvi grossis antiquis, quos soror illius, domina de Vorendael, habuisse debuit, sed non habuit ; pag. 56.

1434. Littera de licentia episcopi Leodiensis, qualiter domina de Grobbendonck potuerit testari et disponere ; pag. 56.

1434. Testamentum dominae de Grobbendonck, quo reliquit bona feudalia in Cortesem ; pag. 57.

1434. Littera qua in parte bonorum de Cortesem inhaeredati sumus coram villico et mansionariis dictis *laten* in curia Joannis de Horne, naturalis filii de Horne ; pag. 57.

1434. Aliae litterae inhaeredationis coram scabinis ejusdem villae ; item coram villico dominorum Teutonicorum de Biessen ; item in Wintershoven ; pag. 58.

1457. Privilegium Caroli ....., quo ubique debemus inhaeredari in bonis acquirendis ; pag. 78.

1359. Confirmatio Wenceslai et Johannae, ducis et ducissae Brabantiae ; pag. 78.

1452. Privilegium Clementis papae V, quo possumus succedere parentibus in bonis ; pag. 78.

1358. Privilegium Johannae, ducissae Brabantiae, de theloniis ; pag. 80.

1416. Privilegium Sigismundi, imperatoris, confirmantis omnia privilegia ; qui etiam eximit et liberat nos et bona nostra a praestatione regalium ; pag. 80.

Digitized by Google

1412. Privilegium ducis Brabantiae Antonii de mortificatione bonorum de Zelck, in quo et alia privilegia continentur; pag. 81.

1416. Confirmatio episcopi Leodiensis omnium in praefato ducis Antonii privilegio contentorum, pag. 83.

1419. Confirmatio ducis Johannis de Brabantia omnium contentorum in privilegio ducis Antonii, quondam patris sui; pag. 83.

1431. Confirmatio Philippi, ducis Burgundiae et Brabantiae; pag. 83.

—

— Littera qualiter Gerardus de Lair vendiderit domistadium in Zelck.

1399. Littera qualiter Arnoldus de Hesselair et Gerardus de Zelcke spoponderunt pro Laureta, sorore ipsorum.

— Littera ducis Antonii, gubernatoris.

— Littera de Constino van Ranst, qui a ducibus Brabantiae habuit bona de Zelck cum sorore sua naturali.

— Henricus van Ranst vendidit medietatem dominii de Zelck.

— Diversae litterae qualiter Arnoldus de Zelck resignavit juri suo, etc.

Digitized by Google

Documents concernant l'abbaye du Val-Saint-Georges ou de Salzinnes, lez Namur[1].

I.

L'abbesse Ymana et tout le couvent de Salzinnes se déclarent redevables envers Thomas, comte de Flandre et de Hainaut, d'une rente de quatre livres de blancs.

Août 1239.

Universis praesentes litteras inspecturis soror Ymana, humilis abbatissa totusque conventus Vallis sancti Georgii, Cisterciensis ordinis, cognoscere veritatem. Notum vobis facimus, quod nos accepimus ad accensam imperpetuum ab illustri comite Flandrensi et Hainonensi et nobili ejus uxore quaedam prata sua apud Montem sanctae Genovefae; de quibus pratis quatuordecim jornaria, et de accensa illorum pratorum tenemur annuatim dictis comiti et comitissae in quatuor libris blancorum.

Datum anno Domini Jesu Christi millesimo cc° xxx° ix°, mense augusto.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 72 v°, aux archives du château de Dhuy.

II.

Ide de Nil-Saint-Vincent, religieuse de Salzinnes, déclare qu'elle a fait don à son monastère de toutes les terres qu'elle possède.

Juin 1224.

A tos ceux ki ces lettres vieront damoiselle Ide de Niel saint Vincent, béguine, salut et conoistre vérité. Conisable

[1]) Nous avons déjà publié plusieurs séries de documents concernant l'abbaye de Salzinnes. Voyez ci-dessus, III, pp. 187—196; ibid., pp. 477—482; IV, pp. 75—86; VII, pp. 118—128.

Digitized by Google

soit à nos héresdes ke por Dieu purement ai donné en aumône al maison de Salzines delez Namur tot l'iretage que je tiengh en chans[1], salv ce ke après mes décès donront cel de Salzines à Havit, fillhe de ma sœur, dame Sairain, chacun an k'illy vivret, un mui de bled, le tierche grain du frument al mesure de Nivelle ; et après se décès senc seront cel de Salzinnes quitte et tenront l'iretage tout en pais. Et si illy avenoit ke ge acetasse parte de terre u ge avise autre meube ou choses, ju en feroit mon testament là u ge voroi ; mais, si ge moroi sens testament à faire, li devant dit de Salzines l'auroit por Dieu et en aumône.

A cest aumône à faire fut dame Gète de Boneffe, none de Salzines, dame Maroy de Faconwers, none de Salzines, dame Makaus de Faconwers, none de Salzines, frère Jehan de Bossières, frère Lambert, frère Servais, converses de Salzines.

Et nos Lambert, vesti de Corbais et doyen du concil de Gemblues, et sœur Berte, par le mérite de Dieu abbesse del maison de Salzines, de l'ordre de Cystial, par la proire del devant ditte Ide y avons mis nos saiaus l'an del Incarnation nostre Sangneur m° cc° lxiiij°, el mois de rosalhes[2].

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 172 r°, aux archives du château de Dhuy.

III.

Le Souverain Pontife Clément IV prend l'abbaye de Salzinnes sous sa protection et la confirme dans ses possessions et ses privilèges.

17 août 1267.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae monasterii Vallis sancti Georgii,

[1]) *Chans*, champs, terres.

[2]) *El mois de rosalhes*, c'est-à-dire *le mois des roses*, juin. Voyez le travail de Gachet, intitulé *Recherches sur les noms des mois*, dans le *Compte rendu des séances de la commission royale d'histoire*, IIIe série, VII, p. 397.

Digitized by Google

prope Namurcum, atque sororibus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis in praedicto monasterio. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, religionis enervet. Eapropter, dilectae in Christo filiae, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium sanctae Dei Genitricis et virginis Mariae ac Vallis sancti Georgii, prope Namurcum, diocesis Leodiensis, in quo divino estis obsequio mancipatae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus (qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a nobis post concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur) perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impraesentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et eis, que vobis successerint, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, domos, annuos redditus caponum et denariorum, quos in castro Namurcensi habetis; terras, possessiones, annuos redditus caponum et denariorum, quos habetis in villis de Anheve et de Vellaines vulgariter nuncupatis; grangiam, quae Curia vocatur, quam habetis in loco, qui Sartum nominatur, prope castrum Fossense, cum terris, possessionibus, appenditiis, acquisitionibus et omnibus pertinentiis suis; domum, redditus caponum et denariorum, quos in praedicto castro Fossensi noscimini obtinere; quae omnia praemissa ad monasterium vestrum per ingressum Margaretae, natae quondam Philippi dicti Vavasoris, tunc scabini Namurcensis, monialis dicti monasterii, pervenisse noscuntur, cum

Digitized by Google

terris, pratis, vineis, nemoribus, usagiis, pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis, semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Et etiam novalium, quae propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de hortis, virgultis et piscationibus vestris seu de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas, a saeculo fugientes, ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum, post factam in monasterio vestro professionem, fas sit, sine abbatissae suae licentia, de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere; illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesiae vestrae collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si quae vero donationes aut alienationes, aliter quam dictum est, factae fuerint, eas irritas esse censemus.

Insuper authoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quaelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire vel judicio saeculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat; nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi, venire praesumat; nec regularem electionem abbatissae vestrae impediat, aut de instituenda vel removenda ea, quae pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis aliquatenus intromittat. Pro consecratione vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel quolibet ecclesiastico sacramento, nullus a vobis, sub obtentu consuetudinis, vel alio modo, quidquam audeat extorquere; sed haec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat; alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem

Digitized by Google

Apostolicae Sedis habentem, qui, nostra fretus authoritate, vobis, quod postulatur, impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit, omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum praejudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum Romanae Sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium, vasorum vestrorum, et consecrationes altarium, authoritate Sedis Apostolicae recipere valeatis. Porro, si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro eo, quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum, quae ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate praestiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam, tanquam contra Apostolicae Sedis indulta prolatam, decernimus irritandam; nec litterae illis firmitatem habeant, quas, tacito nomine Cisterciensis ordinis, et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Praeterea, cum commune interdictum terrae fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio, exclusis excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes, authoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro con-

Digitized by Google

cessas, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti privilegio communimus.

13. — F. *Idibus januarii.* Obierunt Elisabeth de Graesen, pro qua habemus 1 vas siliginis; — et Wilhelmus Amours, pro quo habemus 9 karolinos hereditarie; — et dominus Trudo Wittemius, a Cortenaken, monachus professus et sacerdos hujus loci, 1609; — et dominus Romanus Boulienne, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium, 1710; — " Benedictus Vanden Vogelsanck, sacerdos " et monachus Vlierbacensis. "

14. — G. *XIX kal. februarii.* Obierunt Catharina de Winde, begina, pro qua habemus 2 grossos antiquos; — et dominus Bernardus Rethy, monachus professus, sacerdos et cantor hujus loci; — et dominus Xistus Pirghée, monachus, sacerdos et quondam prior in sancto Laurentio juxta Leodium; — " et dominus Stephanus van den Walle, monachus professus, " sacerdos, cantor et jubilarius hujus loci, 1739. ".

15. — A. *XVIII kal. februarii.* Obierunt reverendissimus

[1]) Voyez, pour la signification du mot *pitantia*, *Analectes*, XIV, p. 41, note 3.

Digitized by Google

dominus Stephanus Pulinx, sacrae theologiae licentiatus, protonotarius apostolicus, hujus loci professus, seminarii unionis Bursfeldensis Coloniae regens primus, inde monasterii sancti Clementis in Iburg, diocesis Osnaburgensis, abbas, 1626; — et dominus Remigius Colen, monachus professus, sacerdos hujus loci, 1680; — et dominus Gerardus Olislagers, monachus professus, sacerdos et jubilarius hujus loci, 1684; — " Godefridus Cappelman, sacerdos et monachus Vlierbacen- " sis. "

16. — B. *XVII kal. februarii.* Obierunt Joannes Mettecoven et Margareta Lechy, uxor ejus, pro quibus habemus ad pitantiam 4 vasa siliginis hereditarie, et 82 Renenses semel pro reparandis cyphis; — et Joannes, conversus hujus loci; — et Helwidis, pro qua habemus 1 vas siliginis; — et Catharina et Margareta, moniales sanctae Catharinae; — et Aegidius Eelsraeck[1], ab Hasselt, monachus professus et sacerdos hujus loci; — et dominus Nicolaus de Tiege, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium; — " Laurentius " Vaes, sacerdos et monachus jubilarius Vlierbacensis. "

17. — C. *XVI kal. februarii.* Obierunt Beatrix Erren, begina, pro qua habemus 1 grossum; — et Margareta Somers, pro qua et Tilmanno habemus 2 modios siliginis hereditarie; — et dominus Anselmus Lubler, monachus et sacerdos Gladbacensis; — " Gislenus Gallé, sacerdos et monachus Vlierba- " censis; — dominus Ambrosius de Stordeur, monachus pro- " fessus et sacerdos sancti Jacobi intra Leodium, 1781. "

18. — D. *XV kal. februarii.* Obierunt Libertus, sacerdos et monachus hujus loci; — et Petrus Kachim, pro quo habemus 2 vasa siliginis; — et Joannes, laicus, pro quo habemus

[1]) Gilles Eelsraeck fut admis dans l'ordre, avec son frère Gérard, en 1529 par l'abbé Guillaume de Bruxelles. Ils sont mentionnés tous les deux dans un acte de 1537; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, II, p. 572.

Digitized by Google

4 grossos antiquos ;— et Kristina de Stapel ;—et Ida et Katharina, moniales in Milen ; — et dominus Paulus Mettecoven, monachus professus et succentor hujus loci, 1668 ; — " et " dominus Romanus Vanderdoodt, sacerdos et monachus Vlier- " bacensis ; — dominus Wolphelmus Knoblauch, monachus " et sacerdos Gladbacensis, 1770. "

19. — E. *XIV kal. februarii.* Obiit Adulphus de Repe, pro quo habemus 4 grossos antiquos.

20. — F. *XIII kal. februarii.* Obierunt Petrus de Mettecoven, presbiter, pro quo habemus 2 grossos antiquos ; — et Elisabet, monialis sanctae Catharinae ; — " Robertus Wal- " ravens, sacerdos et prior jubilarius Vlierbacensis. "

21. — G. *XII kal. februarii.* Obierunt Ida, monialis sanctae Catharinae ; — et Arnoldus, frater noster, pro quo habemus 5 solidos Colonienses ; — et Henricus de Laer ; — et Heylwidis, pro qua habemus 5 solidos nigrorum Turonensium ; — " Joannes Prince, sacerdos et monachus jubilarius Vlierba- " censis. »

22. — A. *XI kal. februarii.* Obierunt Katharina, femina, pro qua habemus 2 denarios ; — et dominus Franciscus Cluckers, monachus professus, sacerdos et dispensator hujus loci, 1628.

23. — B. *X kal. februarii.* Obierunt Sigerus Amours et domicella Elisabet de Beringen, uxor sua, pro quibus habemus 12 cyphos argenteos ; — et Theobaldus, sacerdos et monachus professus hujus loci; — et Joannes, conversus hujus loci ; — et Margareta, begina, pro qua habemus 13 vasa siliginis cum dimidio ; — et Henricus de Puteo, pro quo 4 vasa siliginis ; — et Henricus de Ordingen, frater hospitalis, pro quo habemus 7 grossos veteres ; — " et dominus Beda Hallet, monachus " professus et sacerdos Gladbacensis, 1780 ; — et dominus " Sandrardus Preiser, monachus professus et sacerdos ibidem ; " — et dominus Maurus Bauweleers, monachus professus, sacer- " dos ac jubilarius monasterii Vlierbacensis. "

Digitized by Google

24. — C. *IX kal. februarii.* Obierunt Agnes, femina, pro qua habemus 2 modios siliginis et dimidiam marcam; — " Medardus De Groot, sacerdos, monachus et dispensator Vlier- " bacensis. "

25. — D. *VIII kal. februarii.* Obierunt Ida, monialis sanctae Catharinae; — et Lambertus de Stapel, sacerdos et monachus hujus loci; — et Catharina, begina, pro qua habemus 5 solidos nigrorum Turonensium; — et Ivanus, laicus, pro quo habemus 4 vasa siliginis; — et Robinus Van den Stock, pro quo et uxore sua habemus 8 florenos semel; — et frater Henricus Abels, donatus hujus loci; — et reverendus dominus Libertus Scaloun ab Hulsberch[1], abbas Vlierbacensis, monachus professus et quondam prior dignissimus hujus loci, 1609; — " Jacobus De Jonghe, sacerdos, monachus et dis- " pensator Vlierbacensis; — et dominus Thadaeus Swennen, " sacerdos, monachus in sancto Jacobo Leodii; — dominus Ber- " nardus Goessens, monachus professus, sacerdos, sacrae theo- " logiae lector et dispensator hujus loci, 1782. "

26. — E. *VII kal. februarii.* Obierunt Amicus[2], custos, sacerdos et monachus professus hujus loci; — et Walterus van Helsfort, pro quo et uxore sua habemus ad pitantiam 4 vasa siliginis; — et Trudo a Gembloers, monachus professus, sacrista et cantor hujus loci; — et dominus Bartholdus Hodaige, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium; — " et dominus Medardus Van Cromphaut, monachus " professus et sacerdos Vlierbacensis. "

[1]) Libert Scaloun ou Scaloen était fils de Jean Scaloen de Hulsberg, seigneur de Meldert, et de Jeanne Bervoets. Il embrassa la vie religieuse dans l'abbaye de Saint-Trond, après y avoir rempli pendant longtemps l'office de prieur, et fut, en 1586, chargé du gouvernement de l'abbaye de Vlierbeek, fonctions qu'il conserva jusqu'à sa mort. Voyez SANDERUS, *Chorographia sacra Brabantiae*, I, p. 67.

[2]) Ce religieux remplissait la charge de *custos* de 1274 à 1278: voyez PIOT, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, pp. 339, 345 et 349.

Digitized by Google

27. — F. *VI kal. februarii.* Obierunt Jacobus Scoenaers[1], pro quo habemus 4 vasa ad custodiam hereditarie; — et Benedictus Bex, a Bruynswyck, monachus professus et sacerdos hujus loci, 1608.

28. — G. *V. kal. februanii.* Obierunt Otto, laicus, pro quo habemus 1 modium siliginis; — et Arnoldus, pro quo habemus 5 solidos Lovanienses; — et Jacobus Hollonius, a Leodio, monachus professus et sacerdos hujus loci; — et Joannes Piccart, monachus, sacerdos et jubilarius hujus loci; — " et dominus Henricus De Courtejoie, sacerdos, monachus et " prior sancti Laurentii prope Leodium, 1754; — et dominus " Bernardus Magnery, subprior ibidem. "

29. — A. *IV kal. februarii.* Obierunt Sibilia, monialis sanctae Catharinae; — et Joannes de Borlo, pro quo habemus 27 vasa siliginis et 15 virgatas terrae; — " et dominus Hiero- " nymus Vivario, sacerdos et monachus sancti Laurentii " prope Leodium, 1755.

30. — B. *III kal. februarii.* Obierunt Henricus, laicus, pro quo habemus 8 solidos nigrorum Turonensium; — et commemoratio magistri Macarii; — et Wiricus, canonicus Lossensis, pro quo habemus dimidium modium siliginis; — et dominus Gregorius Putzeys, monachus professus, sacerdos, sacrae theologiae lector, novitiorum magister et prior dignissimus hujus loci; — " et dominus Trudo Mannaerts, mona- " chus professus, sacerdos et jubilarius hujus loci; — et do- " minus Bernardus Baert, sacerdos, monachus et quondam " dispensator hujus loci. "

31. — C. *Pridie kal. februarii.* Obierunt domina Gertrudis de Globosc, pro qua habemus 4 vasa siliginis; — et Oda, begina, pro qua 5 solidos Lovanienses.

[1]) Ce Jacques Scoenaers demeurait à Schuerhoven; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, Introduction, p. XXXIV.

Digitized by Google

FEBRUARIUS.

1. — D. *Kalendis februarii.* Obierunt Ida, relicta Franconis, pro qua habemus 7 solidos nigrorum Turonensium; — et Henricus, laicus, pro quo et uxore et parentibus habemus 4 modios siliginis et 4 capones et 6 grossos; — " et dominus " Isidorus Pesch, monachus Gladbacensis, subdiaconus.

2. — E. *IV nonas februarii.* Obierunt dominus Rodulphus, abbas; — et Walterus Bliden, pro quo habemus 2 vasa siliginis; — et Arnoldus, laicus, qui pro anniversario suo et parentum reliquit 2 virgatas terrae; — et Nicolaus, cocus, pro quo habemus 2 grossos; — et Daniel Zevenans[1], sacerdos et monachus hujus loci; — et dominus Maurus Grandjan, sacerdos et monachus professus sancti Laurentii juxta Leodium.

3. — F. *III nonas februarii.* Obierunt Heylwidis, pro qua habemus 1 modium frumenti; — et Lutgardis de Borlo, pro qua habemus 4 vasa siliginis; — et Ida, begina, pro qua 4 solidos Turonenses, 1662; — et dominus Remigius Swennen, monachus professus, sacerdos et prior hujus loci; — et reverendissimus dominus Hubertus Hendrue, abbas sancti Jacobi intra Leodium; — et dominus Adolphus Tiquet, monachus professus et sacerdos; — et dominus Jacobus Renotte, supprior ibidem; — " et dominus Basilius Ransier, monachus " professus, sacerdos et prior sancti Laurentii prope Leodium, " 1779. "

4. — G. *Pridie nonas februarii.* Obierunt Margareta de Blockerien, monialis sanctae Catharinae; — " et reverendis " simus dominus Josephus Van Herck, monachus professus, " sacerdos, abbas hujus loci, nec non praeses principalis con- " gregationis Bursfeldensis meritissimus, 1780. "

5. — A. *Nonis februarii.* Obierunt Otto de Rumale, sup-

[1]) Ce religieux vivait en 1496; voyez PIOT, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, II, p. 473.

Digitized by Google

prior hujus loci, pro quo habemus ad pitantiam 2 modios siliginis cum dimidio; — et Arnoldus, canonicus Tongrensis, pro quo habemus dimidium bonuarium terrae; — et Aegidius, miles, pro quo duos modios siliginis; — et Abraham, portarius, pro quo 3 vasa siliginis; — et Catharina de Roosmont, et Ida, moniales sanctae Catharinae; — " et dominus Clemens " Longhienne, sacerdos et monachus in sancto Laurentio " prope Leodium. "

6. — B. *VIII idus februarii.* Obierunt Arnulphus, dictus Sanne, pro quo habemus 5 vasa siliginis; — et Elisabet Colen, pro qua 4 grossos; — et Helwidis, sanctae Catharinae monialis; — et dominus Arnoldus Dullaert, canonicus et decanus Hoxemiensis, de monasterio nostro bene meritus; — " et dominus Beda Aegidii, monachus professus et sacerdos " Gladbacensis, 1780. "

7. — C. *VII idus februarii.* Obierunt Henricus, sacerdos et monachus hujus loci; — et Renerus, conversus hujus loci; — et dominus Libertus, presbiter, pro quo habemus 4 grossos; — et Gerardus van Alken, pro quo habemus 4 vasa ad pitantiam, et 22 vasa siliginis ad portam pro pauperibus; — " et " dominus Anthonius Daaz, sacerdos et jubilarius sancti Lau- " rentii prope Leodium, 1733; — et dominus Amandus Strei- " gnart, monachus professus, sacerdos, magister novitiorum " et prior hujus loci, 1765. "

8. — D. *VI idus februarii.* Obierunt Libertus Curialis[1], pro quo habemus 1 modium siliginis et 14 solidos Lovanienses; — et Ludovicus de Neringen, armiger, pro quo habemus 6 grossos antiquos; — et dominus Philippus Scoopen, monachus, sacerdos et succentor hujus loci; — et dominus Joannes Pampurch, supprior in sancto Laurentio juxta Leodium; — " et dominus Cornelius Hurten, sacerdos et monachus Glad-

[1]) Le 7 février 1300, Libert et Béatrice, son épouse, firent des legs en faveur de leur fils Gauthier, moine de l'abbaye de Saint-Trond; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, p. 410.

Digitized by Google

" bacensis ; — et dominus Laurentius Schroeder, sacerdos et " monachus Gladbacensis. "

9. — E. *V idus februarii.* Obierunt Gerardus de Bruxella, prior et monachus hujus loci ; — et Wilhelmus de Berusam, pro quo habemus 10 vasa siliginis, et 12 denarios Leodienses, et 4 capones ; — et Petrus de Landen[1], pro quo 4 grossos.

10. — F. *IV idus februarii.* Obierunt Henricus, sacerdos et monachus hujus loci, pro quo habemus 4 modios siliginis ; — et Gerardus, conversus hujus loci ; — et Aegidius, laicus, pro quo habemus 4 solidos Turonenses ; — et Elisabeth, begina, pro qua habemus 13 vasa siliginis cum dimidio ; — et Mechtildis de Hompel, et Catharina de Horn, in Milen moniales ; — et dominus Henricus Grognart, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium ; — " et dominus " Lambertus Bastyns, monachus professus, sacerdos, quondam " subprior ac novitiorum magister, ac tandem infirmarius hujus " loci. "

11. — G. *III idus februarii.* Obierunt Joannes de Thenis, pro quo habemus 6 vasa siliginis et 2 solidos Lovanienses ; — et Matthaeus, presbiter, pro quo et sorore ejus habemus librum ; — et Christina, begina, pro qua habemus 5 virgatas terrae facientes 3 vasa siliginis.

12. — A. *Pridie idus februarii.* Obierunt Suaveburgis et Maria de Scoer, moniales sanctae Catharinae ; — " et dominus " Franciscus Bouhon, sacerdos et monachus sancti Jacobi Leo- " dii ; — et dominus Ludovicus Oproeth, monachus professus, " sacerdos Gladbacensis, 1730. "

13. — B. *Idibus februarii.* Obierunt Baldewinus Zurincs[2], scabinus, pro quo habemus 2 stuferos super hortum Nicolai

[1]) Échevin de Saint-Trond, qui vivait en 1328 ; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, pp. 465 et 467.

[2]) Il vivait en 1547 ; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, II, p. 577.

Digitized by Google

Promen, et 2 florenos census ad domos Aegidii Volemans in palude cerdonum retro domum suam ; — " et Andreas Lember, " sacerdos, monachus et prior sancti Jacobi Leodii. "

14. — C. *XVI kalendas martii.* Obierunt Joannes, laicus, pro quo habemus 18 virgatas terrae ; — et Arnoldus, presbiter, et Gerardus, laicus, pro quibus habemus 24 solidos Lovanienses ; — et dominus Thomas a Sancto Huberto, monachus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium ; — " et " dominus Benedictus Baywir, sacerdos et monachus professus " sancti Jacobi Leodii ; —Andreas De Vrocq[1], sacerdos et mo- " nachus Vlierbacensis ; — et Chrysostomus Bottin, monachus " professus et sacerdos sancti Jacobi Leodii, 1777 ; — et re- " verendissimus dominus Petrus Crahay, monachus professus, " sacerdos ac abbas meritissimus sancti Laurentii juxta Leo- " dium. "

15. — D. *XV kal. martii.* Obiit Catharina de Halmael, pro qua habemus 1 grossum antiquum.

16. — E. *XIV kal. martii.* Obierunt Aegidius, sacerdos et monachus hujus loci ; — et Wilhelmus, conversus in Milen ; — et Christianus, pro quo habemus 1 grossum veterem.

17. — F. *XIII kal. martii.* Obierunt Fresula, femina, pro qua habemus 7 solidos et 6 denarios Lovanienses ; — et Catharina Tyrs, pro qua habemus 1 grossum antiquum ;—et reverendissimus dominus Michaël Vander Smissen, hujus monasterii sacrae theologiae lector, postea receptor, demum abbas hujus loci, qui rexit inquietissimis temporibus, 1679 ; — et reveren- " dissimus dominus Petrus Knor, abbas Gladbacensis ;—Maurus " Borquelmans, sacerdos, monachus et prior Vlierbacensis ; " — et dominus Carolus Staes, sacerdos, monachus et prior " ibidem ; — et dominus Reginaldus Deprez, sacerdos et mo- " nachus sancti Laurentii ; — dominus Laurentius Chabert, " de Praille, sacerdos, monachus et oeconomus ibidem, 1780. "

18. — G. *XII kal. martii.* Obierunt Maria de Borlo, monialis sanctae Catharinae ; — et Goda, femina, pro qua habe-

[1]) *De Vrocq*, lisez : *De Vroye.*

Digitized by Google

mus 10 solidos Lovanienses; — et Joannes de Wellen et uxor ejus Christina, pro quibus habemus 2 grossos antiquos; — et dominus Aegidius, sacerdos et monachus hujus loci; — " reverendissimus dominus Antonius Maillart, monachus professus et abbas sancti Jacobi Leodii meritissimus, 1781. "

19. — A. *XI kal. martii.* Obierunt Giselbertus Letwerck, presbiter, pro quo habemus domum sitam in Plancstraet cum suis appenditiis; — " item dominus Petrus Suisse, cantor et " sacrista hujus loci, 1737. "

20. — B. *X kal. martii.* Obierunt dominus Amelius de Schoenhoven, dictus Maschereel, abbas hujus loci, pro quo singulis mensibus habemus 1 modium siliginis ad pitantiam, et in anniversario ejus 20 solidos nigrorum Turonensium et 9 vasa siliginis; — et Helwidis, monialis sanctae Catharinae; — et Sigerus, laicus, pro quo habemus 4 vasa siliginis; — " et dominus Gregorius Spinet, sacerdos et monachus Vlierbacensis. "

21. — C. *IX kal. martii.* Obierunt Joannes, sacerdos, pro quo habemus in anniversario ejus 6 solidos Lovanienses et 8 capones; — et Alleydis, begina, pro qua dimidium modium siliginis; — " Joannes Boels, sacerdos et monachus Vlierbacensis. "

22. — D. *VIII kal. martii.* Obierunt Henricus, sacerdos et monachus professus hujus loci; — et Jacobus de Campo et Elisabet, ejus uxor, pro quibus habemus 4 modios siliginis; — " et dominus Maurus Doreye, sacerdos et monachus sancti " Jacobi Leodii; — Petrus de Mailly, sacerdos et monachus " Vlierbacensis. "

23. — E. *VII kal. martii.* Obierunt Mechtildis, monialis sanctae Catharinae; — et Henricus de Mirle, armiger, pro quo habemus 4 vasa siliginis; — et Juta, begina, pro qua 5 solidos nigrorum Turonensium; — et Walterus Beghiniken, pro quo 2 grossos; — et Petrus de Aquisgrano, sacerdos et monachus hujus loci.

Digitized by Google

24. — F. *VI kal. martii.* Obierunt Siburgis, vidua, pro qua habemus 5 vasa frumenti ; — et Mechtildis, dicta Matoelem, pro qua et filiabus suis habemus 2 grossos veteres ; — " et " dominus Bartholomaeus Gysen, sacerdos, monachus profes- " sus Gladbacensis. "

25. — G. *V kal. martii.* Obierunt Joannes Halpont, prior, sacerdos et monachus hujus loci, pro quo habemus ad pitantiam 2 modios siliginis, et 3 pro custodia, et 2 pro cellerario, et 50 florenos renenses semel, 1483 ; — et Jacobus, sacerdos et monachus hujus loci ; — et Jacobus, canonicus, pro quo habemus 2 modios siliginis ; — et Arnoldus, laicus, pro quo habemus 1 modium siliginis ; — et Joannes, pastor ecclesiae Egmondensis ; — et Joannes, cocus noster, pro quo habet custodia 5 florenos renenses semel, et pitantia 30 stuferos semel.

26. — A. *IV kal. martii.* Obierunt dominus Wilhelmus de Rycle, abbas hujus loci[1], pro quo habemus 1 modium siliginis ; — et Maria de Scoer, monialis sanctae Catharinae ; — et magister Joannes Loi, qui legavit nobis dimidium bonuarium terrae ; — " et dominus Gregorius Menghius, sacerdos, monachus pro- " fessus monasterii Gladbacensis, 1717. "

27. — B. *III kal. martii.* Obierunt Isembela, begina, quae legavit nobis circiter dimidium bonuarium terrae apud Nyl[2], et 2 vasa siliginis ; — et magister Macharius ; — et Helwidis,

[1]) Guillaume naquit à Ryckel, près de Saint-Trond. Il était chanoine d'Aix-la-Chapelle lorsque le roi Guillaume le proposa aux religieux pour abbé. Henri de Gueldre, évêque de Liège, lui confia la direction d'Élisabeth de Spalbeek, religieuse de Herckenrode. Il fit bâtir, en 1258, hors de la ville un béguinage, dans lequel il réunit les béguines, qui jusqu'alors avaient été dispersées dans différents endroits de la ville ; voyez Fisen, *Historia ecclesiae Leodiensis*, I, libr. XIII, n° 30 ; Straven, *Notice sur le béguinage de Saint-Trond*, et Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, p. 321.

[2]) Niel près de Saint-Trond.

Digitized by Google

femina, pro qua habemus domum unam supra rivum cum suis appenditiis ; — et Joannes de Palude, armiger, pro quo 5 solidos ; — et Margareta, femina, pro qua 2 grossos antiquos ; — " et Edmundus Denner, sacerdos, monachus professus " Gladbacensis. "

28. — C. *Pridie kal. martii.* Obierunt Petrus, chirurgus, de Borlo, pro quo habemus 4 grossos ;— et dominus Laurentius Werteau, prior sancti Laurentii juxta Leodium.

MARTIUS.

1. — D. *Kalendis martii.* Obierunt dominus Joannes de Kerckem, pro quo et parentibus suis habemus 1 modium siliginis ; — et Helwidis, femina ; — et Anna, pro qua habemus 4 grossos antiquos ; — et Eva, in Milen monialis ; — et dominus Remaclus Bartholeyns, monachus professus, sacrae theologiae lector, et postea receptor bene meritus hujus loci ; — " et dominus Maurus Corselius, sacerdos et monachus sancti " Laurentii ; — et dominus Christianus Timmermans, sacer- " dos, monachus, jubilarius, quondam dispensator, infirmarius " et supprior hujus loci, 1727 ; — Adrianus Cappelman, sa- " cerdos et monachus Vlierbacensis. "

2. — E. *VI nonas martii.* Obierunt frater Leonardus Meulenbeeck, monachus professus hujus loci ; — " et dominus Quintinus Martiny, sacerdos, monachus, jubilarius et quondam prior hujus loci.

3. — F. *V nonas martii.* Obierunt Fredricus, sacerdos et monachus hujus loci ; — et Cunegundis , femina, pro qua habemus 4 vasa siliginis.

4. — G. *IV nonas martii.* Obierunt Gertrudis, begina, pro qua habemus 5 virgatas terrae apud Gelmen, et 4 vasa siliginis ; — et reverendus dominus Christophorus Blockerien, a Lamen, hujus loci abbas meritissimus, qui, praeterquam plura aedificia, nobis insignia virtutum exempla reliquit et ecclesiae ornamenta.

Digitized by Google

5. — A. *III nonas martii.* Obierunt Reynboldus, miles, pro quo habemus 4 solidos Lovanienses ; — et Beatrix, femina, pro qua 1 modium siliginis et 14 solidos et 9 denarios Lovanienses ; — et Wilhelmus de Hugaerden, qui pro se et uxore nobis legavit 3 sillas terrae allodii juxta viam dictam sancti Trudonis prope Mer, et unam curtem jacentem prope mansionem nostram apud Lewis[1] ; — et Lambertus de Staepel, pro quo habemus 2 grossos antiquos ; — et Catharina, femina, pro qua 10 virgatas terrae ; — et dominus Tossanus de Brassines, monachus et sacerdos sancti Jacobi in Leodio.

6. — B. *Pridie nonas martii.* Obierunt dominus Rodulphus, abbas hujus loci, pro quo habemus 5 solidos Leodienses ; — et commemoratio dominorum episcoporum Metensium Alberonis, Theodorici, Adelberonis, et domini Hugonis, Leodiensis episcopi, et dominorum Adelardi secundi, Theodorici, Folcardi, Wirici, Christiani et Thomae, abbatum hujus loci, et Bertae Deo sacratae, et dominae Erlindis, comitissarum ; — et Agnes, monialis sanctae Catharinae ; — et Arnoldus, laicus, pro quo et uxore habemus 2 vasa siliginis ; — et dominus Arnoldus de Beringen, abbas hujus loci ; — et dominus Joannes Bierset, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium.

7. — C. *Nonis martii.* Obierunt Petrus, dictus Marscalke[2], sacerdos, pro quo habemus 4 grossos ; — et Aleydis, in Milen monialis ; — et Wilhelmus Geraers[3], olim electus in abbatem hujus loci, pro quo habemus 30 modios siliginis hereditarie ; — " et dominus Carolus de Parfondry, monachus et sacerdos " in sancto Jacobo Leodii. "

[1]) *Lewis*, Léau.

[2]) Il vivait en 1361 ; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, p. 569.

[3]) L'abbé Arnold de Beeringen, avancé en âge, l'avait choisi pour successeur; toutefois, après la mort d'Arnold, les moines lui substituèrent Antoine de Berghes; voyez Daris, *Notices sur les églises du diocèse de Liége*, V, p. 140.

Digitized by Google

8. — D. *VIII idus martii.* — Obierunt Mar gareta, femina, pro qua habemus 5 solidos Lovanienses; — et Joannes Cox, de Lintris, noster familiaris, qui pro se et parentibus suis legavit nobis 4 vasa siliginis hereditarie, 1510; — et Henricus Meis, familiaris hujus loci, pro quo habemus 60 circiter florenos Brabanticos hereditarie; quapropter singulis annis in anniversario ejus legitur unum sacrum de *Requiem* in sacello sanctae Crucis, ubi sepultus est, per eum, qui ultimo habuit missam de Domina, 1608.

9. — E. *VII idus martii.* Obierunt Catharina, femina, pro qua habemus 1 vas siliginis; — et Catharina de Scoenbeeck, in Milen priorissa.

10. — F. *VI idus martii.* Obierunt Ludovicus, in Milen conversus; — et Joannes Geldrop, alias Moelemans, sacerdos et monachus professus hujus loci, 1586.

11. — G. *V idus martii.* Obiit Elisabeth de Los, pro qua apud Gothem habemus 9 vasa siliginis.

12. — A. *IV idus martii.* Obierunt Joannes Cort, monachus et sacerdos hujus loci; — et dominus Laurentius Roufosse, monachus professus et sacerdos sancti Laurenti juxta Leodium.

13. — B. *III idus martii.* Obiit reverendus dominus Guilielmus Potesta, monachus professus et sacerdos in sancto Laurentio prope Leodium.

14. — C. *Pridie idus martii.* Obierunt Wiricus, monachus, sacerdos et cellerarius hujus loci, pro quo et amicis suis habemus pratum unum apud Bruestem, et 5 florenos ad domos in platea vaccarum pro adventu et quadragesima; — et dominus Abacuc Raymundi, prior et jubilarius in sancto Laurentio juxta Leodium; — et dominus Theodorus Muller, prior ibidem.

15. — D. *Idibus martii.* Obierunt Elisabet de Printhaegen[1],

[1]) Elle appartenait à la famille de Rason de Printhagen, chevalier,

Digitized by Google

in Milen priorissa ; — et Goswinus, decanus sancti Joannis in Leodio, pro quo habemus 4 vasa siliginis ; — et Henricus, quondam investitus de Borlo, pro quo habemus 6 vasa siliginis et 10 solidos Lovanienses ; — et Wiggerus, laicus, pro quo 19 solidos Lovanienses ; — et Wilhelmus, laicus, pro quo et parentibus suis 3 solidos nigrorum ; — et Joannes, custos et monachus hujus loci ; — et dominus Josephus Germay, monachus professus et sacerdos sancti Jacobi Leodii ; — et dominus Placidus Pulinx, monachus professus, sacerdos, novitiorum magister et supprior hujus loci ; — " et dominus " Nicolaus Collin, sacerdos, monachus et receptor in sancto " Laurentio prope Leodium. "

16. — E. *XVII kal. aprilis*. Obierunt Robinus, laicus, pro quo habemus 1 modium siliginis ; — et Gertrudis, femina ; — et Petrus de Attenhoven, phiscus[1], pro quo habemus 16 grossos antiquos ad domum suam in platea dicta *de Scurvenstraet* ; — et Otto de Blockeryen, monachus et sacerdos hujus loci ; — " et " dominus Lambertus Huberty, sacerdos, monachus professus " sancti Laurentii prope Leodium, 1781. "

17. — F. *XVI kal. aprilis*. Obierunt Ida, begina, pro qua habemus 1 modium siliginis ; — et Henricus, pro quo unum Leodiensem ; — et Joannes, sacerdos, pro quo 6 vasa siliginis hereditarie ; — et Arnoldus Growels, sacerdos et monachus hujus loci ; — et Andreas Fonteyn, Tornacensis, monachus professus, sacerdos et jubilarius hujus loci ; — et dominus Matthaeus Genet, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium ; — " et dominus

échevin de Saint-Trond, qui vivait en 1327 ; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, p. 465 ; Courtejoie, *Histoire de la ville de Saint-Trond*.

[1]) Lisez *physicus*. Ce Pierre, médecin, était vassal de l'abbaye et vivait en 1355 ; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, p. 626.

Digitized by Google

„ Hieronymus Humblet, sacerdos, receptor sancti Jacobi intra „ Leodium, 1776. „

18. — G. *XV kal. aprilis.* Obierunt Joannes, monachus et sacerdos hujus loci; — et Wilhelmus de Sepperen, pro quo habemus 6 grossos veteres; — et Adam de Landen, pro quo 5 vasa siliginis et 12 grossos; — et Aegidius de Roest, pro quo duos grossos; — et Elisabet, pro qua habemus 19 solidos Lovanienses.

19. — A. *XIV kal. aprilis.* Obierunt Tilmannus de Spina, de Buscoducis, pro quo habemus 12 grossos antiquos; —et Mechtildis de Nulant, in Milen priorissa; — et dominus Augustinus Hermets, monachus professus et sacerdos hujus loci.

20. — B. *XIII kal. aprilis.* Obierunt Henricus, laicus, pro quo habemus 4 vasa siliginis; — et Joannes, presbiter; — et Henricus de Bulioen, pro quo habemus 2 grossos; — et dominus Henricus Hujet, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii; — „ et dominus Libertus Nutten, monachus pro- „ fessus et sacerdos hujus loci, 1742; — Bernardus Du- „ rant, sacerdos et monachus Vlierbacensis. „

21. — C. *XII kal. aprilis.* Obierunt Joannes, sacerdos et monachus hujus loci; — et Idoela, monialis sanctae Catharinae; — et Arnoldus de Dormael, pro quo et parentibus suis habemus 5 sillas terrae apud Gorsem; — et frater Aegidius Soetelant, sacrae theologiae bacchalaureus, monachus professus hujus loci; — „ et dominus Servatius Vorst, sacerdos et monachus Glad- „ bacensis; — et dominus Michaël Simons, monachus pro- „ fessus, quondam sacrista et dispensator hujus loci, 1772. „

22. — D. *XI kal. aprilis.* Obierunt Godefridus de Castro[1], praepositus hujus loci; — et Otto, frater domus Teutonicae, pro quo habemus dimidiam marcam; — et Walterus Eygnoe,

[1]) Frère de Daniel à Castro, échevin et notaire de l'abbaye, qui mourut en 1482; voyez Daris, *Notices sur les églises du diocèse de Liège*, V, p. 140.

Digitized by Google

sacerdos et monachus hujus loci; — " et dominus Libertus " Bartholeyns, monachus professus, sacerdos et receptor " hujus loci; — et dominus Placidus Requile, sacerdos et mo- " nachus Gladbacensis. "

23. — E. *X kal. aprilis.* Obierunt Matthias de Halen, pro quo habemus 1 modium siliginis; — et Gertrudis, femina, pro qua dimidium modium siliginis; — et dominus Carolus Hardy, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium; — et dominus Petrus Briard, monachus professus et sacerdos ibidem.

24. — F. *IX kal. aprilis.* Obierunt Wilhelmus, sacerdos et monachus hujus loci; — et dominus Laurentius Dridonx, monachus professus, sacerdos et oeconomus in sancto Jacobo Leodii; — et dominus Antonius de Tiege, monachus professus, sacerdos et oeconomus ibidem.

25. — G. *VIII kal. aprilis.* Obierunt Mobilia de Lens, in Milen priorissa; — et Jacobus de Baëso, pro quo habemus 4 vasa siliginis apud Urlen; — et Gertrudis de Mettecoven, monialis sanctae Catharinae.

26. — A. *VII. kal. aprilis.* Obierunt Agnes Clermont, in Milen priorissa; — et Wilhelmus, laicus, pro quo habemua 1 modium siliginis; — et Gregorius Hubrechs, conversus hujus loci; — " reverendissimus dominus Godefridus Lemmens, " abbas Vlierbacensis. "

27. — B. *VI kal. aprilis.* Obierunt Margareta, femina, pro qua habemus 12 denarios Lovanienses; — et Baldricus, laicus, pro quo et uxore habemus 1 modium siliginis mensurae Buscoducensis.

28. — C. *V kal. aprilis.* Obierunt domina Gertrudis, relicta domini Wilhelmi de Gelindene, militis, pro qua habemus 2 bonuaria terre; — " et dominus Dominicus de Verruer, monachus et " sacerdos Gladbacensis; — Joannes ab Ascha, sacerdos et " monachus Vlierbacensis; — et dominus Stephanus Massart, " monachus professus et sacerdos hujus loci, 1781. "

Digitized by Google

29. — D. *IV kal. aprilis.* Obierunt Godefridus Danckaers, sacerdos et monachus hujus loci; — et domina Helwidis, pro qua habemus 2 modios siliginis; — et Aleydis, femina, pro qua 4 grossos veteres.

30. — E. *III kal. aprilis.* Obierunt Bertula, vidua, quae legavit nobis 4 marcas ad lampadem; — et dominus Philippus Meurant, monachus professus, sacerdos, supprior et jubilarius hujus loci; — « et dominus Eugenius Collette, sacerdos, » sacrista sancti Jacobi intra Leodium. »

31. — F. *Pridie kalendis aprilis.* » Obiit Leonardus de » Vrocq[1], sacerdos, prior et jubilarius Vlierbacensis. »

APRILIS.

1. — G. *Kalendis aprilis.* Obierunt Catharina Uden, begina, pro qua habemus 12 grossos veteres; — et domina Odilia, pro qua 10 vasa siliginis; — et domina Helwidis[2], pro qua 5 solidos nigrorum Turonensium; — et reverendissimus Georgius Sarens, abbas hujus loci, qui abbatialem domum et multa alia funditus extruxit, 1558; — » et dominus Petrus Schutt, » monachus et sacerdos Gladbacensis; — et dominus Jose- » phus Drolenvaux, monachus, sacerdos, oeconomus et jubi- » larius in sancto Jacobo Leodii; — et dominus Jacobus » Margreve, monachus, sacerdos ac sacrae theologiae lector » monasterii Stabulensis. »

2. — A. *IV nonas aprilis.* Obierunt Arnoldus Amours, pro quo habemus 9 florenos hereditarie; — » et dominus Philippus » Copin, monachus professus et sacerdos in sancto Laurentio. »

3. — B. *III nonas aprilis.* Obierunt Margareta, femina, pro qua habemus 12 denarios Lovanienses; — et commemoratio magistri Macharii; — et Joannes, dictus Honger, pro quo

[1]) *De Vrocq*, lisez : *De Vroye*; voyez SANDERUS, *Chorographia sacra Brabantiae*, I, p. 73.

[2]) La dame Helwide fut une des fondatrices de l'église de Saint-*Brabantiae*, I, Gengulphe à Saint-Trond, en 1133.

Digitized by Google

habemus 4 grossos antiquos; — et domina Anna de Oest, de monasterio nostro bene merita, quae rogavit sibi ac parentibus suis anniversarium celebrari; quapropter honorarium satis honestum obtulit, a reverendissimo domino Huberto a Suetendael in ecclesiae nostrae ornamentum satis fideliter expensum.

4. — C. *Pridie nonas aprilis.* Obierunt Arnoldus, sacerdos et monachus hujus loci, pro quo habemus 5 grossos; — et Lucia, monialis in Milen; — et Joannes, canonicus sanctae Crucis Leodii, qui nobis legavit *Decretales*; — et Mechtildis soror nostra, quae constituit ecclesiae nostrae 12 marcas, et in cujus anniversario habemus 1 modium siliginis; — et dominus Henricus Dommelberch, praepositus et prior hujus loci, 1521; — et Stephanus Grieten, monachus professus, sacerdos et receptor hujus loci; — " et dominus Carolus Jaupin, " monachus professus et sacerdos Gemblacensis; — dominus " Henricus Birckenbusch, monachus professus et sacerdos " Gladbacensis, 1779. "

5. — D. *Nonis aprilis.* Obiit Fredewidis, femina, pro qua habemus 5 solidos.

6. — E. *VIII idus aprilis.* Obierunt Odilia de Tille et Maria, in Milen moniales; — et Mechtildis Pytzeys, pro qua et amicis suis habemus in Borlo pro custodia 19 vasa siliginis, et 4 vasa pro pitantia, et 13 vasa pro pauperibus ante portam; — et Remigius de Spina, sacerdos et monachus hujus loci.

7. — F. *VII idus aprilis.* Obierunt Elisabet, femina, quae pro se et Wilhelmo Haengreven, marito suo, legavit nobis 4 vasa siliginis; — " Renerus Bourgois, sacerdos, monachus et jubi- " larius Vlierbacensis; — et dominus Maurus Leemans, sacer- " dos et monachus hujus loci, 1761. "

8. — G. *VI idus aprilis.* Obierunt Henricus de Sassenhoven, et Franco de Gelmen, et Joannes Saxonis, sacerdotes et monachi hujus loci; — et Lambertus, praepositus; — et dominus Hubertus a Gellicum, monachus professus, sacerdos, receptor,

Digitized by Google

postea regens seminarii sancti Trudonis bene meritus, 1697; " — et dominus Dionisius Dahmen, sacerdos et monachus " Gladbacensis. "

9. — A. *V idus aprilis.* Obierunt Joannes de Gravia, sacerdos et monachus hujus loci; — et Ludovicus, diaconus hujus loci; — et Otto, presbiter, pro quo habemus 9 capones et 28 Trudonenses cum 13 Leodiensibus; — et Dionisius, cocus, pro quo 4 grossos antiquos; — et Joannes Broegel, cocus noster, pro quo 6 grossos; — et reverendus dominus Lambertus Jamar, ex priore Tuitiensi regens seminarii benedictini Coloniensis, dehinc unionis Bursfeldensis in curia Romana procurator generalis, monachus professus et sacerdos hujus loci, 1635; — et dominus Leonardus ab Heers, monachus professus et sacerdos hujus loci, 1662; — " et " dominus Hubertus Fourneau, monachus, sacerdos et recep- " tor sancti Jacobi intra Leodium. "

10. — B. *IV idus aprilis.* Obierunt dominus Hugo[1], episcopus Leodiensis, qui ecclesiae nostrae dedit 80 libras alborum; — et Gerardus, monachus professus sancti Laurentii Leodii; — et Amelius, laicus, pro quo habemus 2 grossos; — et Mechtildis de Beesch, monialis sanctae Catharinae; — " et dominus Mat- " thias Marnette, sacerdos et monachus in sancto Laurentio " prope Leodium. "

11. — C. *III idus aprilis.* Obierunt Walterus de Casselaer[2], et Petrus de Attenhoven[3], sacerdotes et monachi hujus loci; — et Joannes[4], investitus de Ricle, pro quo ha-

[1]) Hugues de Pierpont, évêque de Liège.

[2]) Voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, p. 398, *Casselaer*, château, situé entre Cortenbosch et Cosen (Limbourg). Il existe encore en cet endroit une ferme qui porte le nom de *Casselaers-hoef*.

[3]) Il vivait en 1440; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, II, p. 232.

[4]) Il se nommait *Jean de Custo*. Il fonda un anniversaire dans l'église de Ryckel, et mourut en 1599.

Digitized by Google

bemus 8 capones et 3 solidos Lovanienses; — et Franco, presbiter, pro quo 20 solidos Lovanienses; — et Henricus, laicus, pro quo 2 vasa siliginis; — et Walterus, in Milen conversus; — et Isembela, monialis sanctae Catharinae.

12. — D. *Pridie idus aprilis.* Obierunt Joannes van den Optalle, clericus, pro quo habemus 2 vasa siliginis; — et Arnoldus de Dycke[1], scabinus, pro quo habemus 2 grossos veteres et 7 sillas terrae; — " et dominus Matthias Mengels, " sacerdos et monachus Gladbacensis. "

13. — E. *Idibus aprilis.* Obierunt Lutgardis, uxor Henrici Scat, pro qua habemus 2 vasa siliginis; — et Maria de Hoye, monialis sanctae Catharinae; — " et dominus Augustinus Le " Naiff, sacerdos, monachus professus monasterii Gladbacensis, " 1771. "

14. — F. *XVIII kal. maii.* Obierunt dominus Wilhelmus de Mechlinia, abbas hujus loci, pro quo habemus 2 modios siliginis cum dimidio; — et Renerus van den Wowe, qui reliquit pitantiae 4 grossos veteres super Parvum Angelum; — et dominus Joannes Van Maesburch, sacrae theologiae licentiatus, quondam pastor in Mervelen, qui plures libros nobis donavit.

15. — G. *XVII kal. maii.* Obierunt Elisabeth, femina, pro qua habemus 20 solidos; — et Juta, femina, pro qua 4 grossos antiquos; — et Walterus de Repe, pro quo habemus 4 grossos; — " et dominus Bernardus Hoff, sacerdos, mona- " chus professus monasterii Gladbacensis, 1717. "

16. — A. *XVI Kal. maii.* Obierunt Swaneldis, monialis sanctae Catharinae; — et Bruno, qui legavit nobis 6 grossos; — et Arnoldus Dives et uxor ejus, pro quibus ecclesia nostra habet ornamenta violacei coloris ex panno damasceno.

17. — B. *XV kal. maii.* Obierunt Philippus, pastor bea-

[1]) Il est cité le 15 avril 1355 et le 14 décembre 1364 dans des actes de l'abbaye; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, pp. 526 et 393.

Digitized by Google

tae Mariae oppidi sancti Trudonis, pro quo habemus 6 vasa siliginis, et 4 coclearia argentea pro reparatione capsae sancti Trudonis ; — et Margareta, vidua, pro qua habemus 5 vasa siliginis ; — et Aegidius Beenhauder, pro quo habemus dimidium modium siliginis.

18. — C. *XIV kal. maii.* Obierunt Walterus Groete, presbiter, pro quo habemus 8 solidos nigrorum Turonensium ; — " et reverendissimus ac amplissimus dominus Gregorius " Lember, abbatiae sancti Laurentii prope Leodium praesul per " 43 annos meritissimus, 1760. "

19. — D. *XIII kal. maii.* Obiit Joannes Geyruont, pro quo habemus dimidium modium siliginis.

20. — E. *XII kal. maii.* Obierunt Wilhelmus de Borlo, sacerdos et monachus hujus loci, pro quo habemus 1 grossum ; — et magister de Attenhoven, medicus, decanus sancti Martini in Leodio, pro quo 3 florenos censuales ad Joannis Mut tens domum ; — " et dominus Thomas Le Naiff, sacerdos et " monachus Gladbacensis. "

21. — F. *XI kal. maii.* Obierunt Joannes Arras, accolitus et monachus hujus loci ; — et Catharina de Stal, monialis sanc tae Catharinae ; — " et dominus Theodorus Brandts, mo- " nachus professus et sacerdos Gladbacensis, 1779. "

22. — G. *X kal. maii.* Obierunt Bernardinus Wasservas, monachus professus, sacerdos et jubilarius hujus loci ; — et dominus Bartholomaeus Gathyer, monachus professus et sacerdos sancti Jacobi intra Leodium ; — et dominus Ignatius Stephani, sacerdos et monachus Gladbacensis.

23. — A. *IX kal. maii.* Obierunt Joannes de Mirle[1], praepositus hujus loci, pro quo habemus 28 vasa siliginis ; — et Godefridus, in Milen conversus ; — " et dominus Benedictus

[1]) Jean de Mirle fit construire dans l'abbaye, en 1341, une chapelle en l'honneur de la sainte Vierge, de saint Jean l'Évangéliste et d'autres saints. Il vivait encore en 1353 ; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, pp. 481, 511 et 521.

Digitized by Google

" Van Laer, monachus professus ac sacerdos monasterii Vlier-
" bacensis. "

24. — B. *VIII kal. maii.* Obierunt dominus Albero, Metensis episcopus, qui locum hunc pene dirutum restruxit et consecravit, et sex vineis, scilicet Manuven cum 6 cortilibus suis et mansione una, quae sunt in villa, quae dicitur Pomerium, dotavit, 965; — et Godefridus, presbiter, qui nobis legavit *Decretum* et *Decretales*; — et Joannes, laicus, pro quo habemus 12 grossos veteres; — et Jacobus Vilroux, ab Hex, sacerdos et monachus hujus loci; — et dominus Franciscus de Lymbourgh, monachus professus et sacerdos sancti Jacobi Leodii; — " et dominus Aegidius van den Kerckhoff, mona-
" chus professus, sacerdos, infirmarius hujus loci, 1712; —
" et dominus Philippus Selys, sacerdos et monachus in sancto
" Laurentio prope Leodium. "

25. — C. *VII kal. maii.* Obierunt Maria, vidua, pro qua et filiis ejus habemus domum stantem super rivum in palude, et 6 bonuaria terrae arabilis, et curtem apud Boens; item ipso die 10 solidos Lovanienses ad pitantiam; — et Arnoldus, conversus; — et Nicolaus, laicus, pro quo et parentibus suis habemus 8 grossos; — et Cunegundis, femina, pro qua 2 grossos; — et Arnoldus de Waenroede, pro quo 4 vasa siliginis; — " et dominus Martinus a Speculo, mona-
" chus professus, sacerdos, subprior, deinde prior dignissimus
" hujus loci, 1770. "

26. — D. *VI kal maii.* Obierunt Maria, priorissa in Milen; — et Renerus de Cartyls, sacerdos et monachus hujus loci; —
" Norbertus Grietens, monachus et diaconus Vlierbacensis. "

27. — E. *V kal. maii.* Obierunt Reynerus de Sepperen, pro quo habemus 2 grossos; — et Maria de Uden, uxor Hermanni, scabini[1], pro qua 6 grossos antiquos; — et dominus Arnoldus Clincken, sacerdos et monachus hujus loci.

[1]) Herman et Marie dotèrent, en 1342, la chapelle construite par Jean de Mirle, prévôt de Saint-Trond.

Digitized by Google

28. — F. *IV kal. maii.* Obierunt Ida, monialis sanctae Catharinae; — et Catharina, femina, pro qua habemus 12 grossos.

29. — G. *III kal. maii.* Obierunt Margareta, femina, pro qua habemus 4 vasa siliginis; — et dominus Aemilianus Berleur, monachus professus et sacerdos sancti Laurentii juxta Leodium; — " et reverendissimus dominus Maurus Vander Hey-
" den, abbas hujus loci, qui in summa temporum varietate
" monasterium hoc per 40 fere annos strenue rexit et protexit,
" 1730; — Jacobus Roekeloos, sacerdos et monachus Vlier-
" bacensis. "

30. — A. *Pridie kal. maii.* Obierunt dominus Theodoricus, Metensis episcopus[1], qui scutum hujus villae fratribus dedit et pro quo habemus 6 solidos; — et Henricus Geldrop, Henricus Buc et Eucherius Assumps, sacerdotes et monachi hujus loci.

Maius.

1. — B. *Kalendis maii.* Obierunt Laurentia, monialis sanctae Catharinae; — et Mechtildis, begina, de Milen, quae nobis legavit 6 virgatas terrae apud Gelmen; — et Viricus, investitus de Cortbeke et decanus consilii Lovaniensis, qui dedit nobis librum *De generatione et corruptione* et *De historiis animalium*[2], et 6 volumina sancti Thomae *Super libros sententiarum.*

2. — C. *VI nonas maii.* Obierunt Damianus, decanus Lossensis[3], pro quo habemus 30 solidos nigrorum; — et Wiricus, laicus, pro quo 5 solidos; — " et Damianus Zerres,

[1]) Cet évêque, séjournant pendant quelques jours dans l'abbaye, y mourut le 30 avril 1048; voyez Migne, *Patrologia*, CLXXIII, pp. 315 et 431.

[2]) Il s'agit ici des deux traités d'Aristote portant ces titres.

[3]) Ce doyen vivait en 1312; voyez Daris, *Histoire de la ville de Looz*, I, p. 351.

Digitized by Google

" sacerdos et monachus Gladbacensis; — et dominus Sebas-
" tianus Berchem, sacerdos et monachus Gladbacensis. "

3. — D. *V nonas maii.* Obierunt Joannes de Beveloer, pro quo habemus 5 grossos antiquos; — et Wilhelmus de Audomaro, cantor et supprior hujus loci; — et Franco, laicus, pro quo habemus 6 solidos Leodienses; — " et dominus Phi-
" lippus Lodorpff, monachus professus Gladbacensis; — et
" dominus Placidus Fischer, sacerdos et monachus ibidem. "

4. — E. *IV nonas maii.* " Obierunt Aleydis de Gorsem, pro qua habemus 2 vasa siliginis; — " et dominus Thomas
" Hoster, monachus professus monasterii Gladbacensis, 1718;
" — et dominus Maurus Specht, professus monasterii Glad-
" bacensis, 1770. "

5. — F. *III nonas maii.* — Obierunt Mobilia, soror nostra, pro qua habemus 2 vasa frumenti; — et Joannes Kint[1], scabinus, pro quo habemus 4 vasa siliginis; — et Wilhelmus, laicus, pro quo 20 solidos Lovanienses; — et Aleydis, femina, pro qua 10 grossos antiquos; — et Margareta de Scoonbeeck, in Milen monialis; — " et Conrardus Hofstadt, qui
" legavit anniversarium, sicut specialiter ordinatum et anno-
" tatum est in registro guldae sancti Eucherii; — " Renerus
" Hontinck, sacerdos et monachus Vlierbacensis; — dominus
" Remaclus De Vadder, monachus professus, sacerdos et
" quondam dispensator hujus loci, 1780. "

6. — G. *Pridie nonas maii.* Obierunt Godefridus, sacerdos et monachus hujus loci; — et Robinus, accolitus hujus loci; — et Joannes de Barmaer, canonicus sancti Lamberti, pro quo habemus 4 vasa siliginis; — et Catharina, uxor Lamberti de Stapel, pro qua dimidium florenum censualem Diestensem; — et dominus Joannes Halingk, monachus

1) Jean Kint, nommé aussi *Joannes Puer*, figure dans des actes de 1261, 1262, et 1265. Il était le neveu de l'abbé Chrétien et parent du capitaine de Stapelen; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, I, pp. 300, 303 et 310.

Digitized by Google

professus et sacerdos in sancto Laurentio juxta Leodium; — et dominus Joannes Hanotel, monachus professus et sacerdos, infirmarius hujus loci, 1680.

7. — A. *Nonis maii.* Obierunt Beatrix, monialis sanctae Catharinae; — et Elisabet, monialis ibidem; — et Raeso, presbiter, pro quo habemus 18 solidos Lovanienses; — et Leonardus Veleer, pro quo 4 vasa siliginis.

8. — B. *VIII idus maii.* Obiit Robertus Divitis[2], sacerdos et monachus hujus loci.

9. — C. *VII idus maii.* Obierunt Henricus Honesch, pro quo habemus 5 solidos nigrorum Turonensium; — et Beatrix, pro qua habemus 1 vas siliginis; — et Wilhelmus, laicus, pro quo 3 sterlingos; — et Leonardus Tepperius, a Boccholt, pro quo 12 florenos annuatim; — et dominus Lambertus Berliex, monachus professus, sacerdos et prior in sancto Laurentio; — " Joannes de Ognia, sacerdos et prior Vlierba- " censis. "

10. — D. *VI idus maii.* Obierunt Catharina, relicta Wilhelmi Goetgeselle, pro qua habemus 2 grossos antiquos; — et Joannes Rauschars, pro quo et uxore et parentibus suis habemus 1 modium siliginis hereditarie; — et dominus Trudo Vincquedez, sacrae theologiae baccalaureus, monachus, sacerdos et lector hujus loci; — " et dominus Jacobus Lismont, " sacerdos, monachus et prior in sancto Jacobo Leodii; — " Joannes de Watermale, sacerdos et monachus Vlierba- " censis. "

11. — E. *V idus maii.* Obierunt Gisebertus, cocus noster, pro quo habemus 3 grossos; — et dominus Anthonius Etten, monachus professus et sacerdos in sancto Laurentio juxta Leodium; — " et dominus Anthonius Collins, monachus " professus et sacerdos Vlierbacensis, 1755. "

1) Ce Robert vivait en 1401; voyez Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, II, p. 155.

Digitized by Google

